Astutia ſm Tho. scđa se cunde. q. 55. dr̄ cuz qs ad ꝯsequēdū aliquē finē bo nū vel malū vtit nō veris viis. sed si mulatis ⁊ apparētibꝰ. Nō. n. oz ēt ad fi nē bonū falsis viis ⁊ sil'atis ꝑuenire: sz verꝭ. Vn̄ astutia ēt si ordinet ad bonuz ē pctm̄. 2° ad Corꝭ. 4°. Abdicamꝰ occul ta dedecoris nō ābulātes i astutia neqꝫ adulterātes ꝟbū dei. Aliqn̄ ꝟo ꝓpter silitudinez accipit i bonū. ꝓꝟ. p̊. vt de tur puulis astutia. sed ꝓprie accipit in malo sicut ⁊ phs dicit i 6° ethicoꝝ. A Idē i sū. cō. li° 3° ti. 4. q. 22. Aduerten dū tn̄ ꝙ sine mēdacio ⁊ lesiōe iusticie alteriꝰ lz vti vtili sil'atiōe. exēplo mlto rū scōꝝ patꝝ ⁊ ipiꝰ xpi: vt dicit Hiero. 22. q. 2. vtilē. B. De dolo āt ⁊ fraude q̄ sīt ꝓpinq̄ astutie. vid. i. dolꝰ. ⁊ i. fraus

Auaritia ⁊ cupiditas vtrū sit peccatū? Rn° ſz Tho. scđa scđe. q. 118. Sic. nā bonū homis circa exteriora oz ꝙ cōsi stat in q̄daz mēsura. s. vt querat hr̄e ex teriores diuitias ꝓut sūt nccīa ad vitā eiꝰ ſz suā ꝯditionē. Et iō in excessu eius mēsure ꝯsistit pctm̄. duz. s. aliqs sup̄ de bitū moduz vult eas acqrere vel reti nere: qđ ꝑtinet ad rōez auaritie q̄ dif finit eē imoderatꝰ amor habēdi. A. Idē in sū. con. li° 3° ti. 13. q. 1. B

¶ Sz vtꝝ sit mortl'e? Rn° ſm Tho. vbi s. Auaritia pōt capi dupl'r. Vno° ꝙ ali qs recipiat vel retineat iniuste res ali enas. qđ ꝑtinet ad rapinā vel furtuz. ⁊ sic ex suo genē ē pctm̄ mortale. Contin git tn̄ in hoc cāu ꝙ ē veniale ꝓpt ipse ctōem actꝰ. sicut de furto dr̄. i. furtū. §. 4°. Alio° pōt accipi auaritia ſz ꝙ ipor tat iordinatū amorē diuitiaꝝ. q si i tan tū crescit ꝙ p̄ferat caritati: vt. s. ꝓpt amorē diuitiaꝝ aliqs nō vereat facē ꝯ amorē dei ⁊ ꝓximi. erit pctm̄ mortale Si āt iordinatio amoris i hꝰ ꝯsistat vt . s. hō q̄uis sup̄flue diuitias amet nō p̄ ferat eaꝝ amorē amori dino. s. ꝙ ꝓpt diuitias nō velit aliqd facē ꝯ deuz ⁊ ꝓ ximū: sic ē pctm̄ veniale. A. Idez in sū. cō. e. ti. q. 2. ꝑ diuersa ꝟba. s. ꝙ auari tia. aut oppōit iusticie ⁊ ē pctm̄ morta le. vt i p̊ mēbro. aut oppōit libalitati ⁊ ē mortl'e l' vēiale vt i 2° mēbro: sz đ hꝰ pleniꝰ dr̄ i q̄driga. B. Auarꝰ seu cupi dꝰ ordiari n̄ dz. vide. i. ordinādꝰ. §. pri°

Baptismus primo q̊ ad subaz ⁊ formā. Quid ē ba ptismus? Rn° Est ablutio facta prescri pta forma ꝟboꝝ vt ponit mgr̄ 4° snīa rū. di. 3. vel q̄i eodē modo ſm Aug. Ba ptismꝰ est tinctio i aq̄ ꝟbo vite scifica ta. De cuiꝰ suba sūt tria. s. mā̄ elementi forma ꝟbi: ⁊ intentio mistri copulans formā mā̄e. Vn̄ Aug. Accedit ꝟbuz ad elemētū ⁊ fit sacrm̄. i. q. i. detrahe. A Idē in sū. cō. li° 3° ti. 24. q. 9. B.

Baptismi forma hec ē. Ego te bapti zo i noīe p̄ris ⁊ filii ⁊ spūs sci. ex̄ đ bap. c. p̊. A. In sum. cō. eo. ti. q. 10. additur amen. Dr̄ tn̄ ibi ꝙ nō ē de suba. B.

¶ Sz qd si mutet hec forma? Rn° ſm Tho. i 4° di. 3. Nulli lz mutare q̄tū ad id qđ ē de eēntia forme. Et si mutat ni hil agit: ⁊ p̄ter hoc cl'pa icurrit. Si ꝟo aliqd qđ ꝑtinet ad formaz ex sola det minatōe eccl'e mutat. nihilominꝰ ē sa cramētū: sz cl'pa icurrit. Vez ab apl'is q baptizabāt i noīe xpi. n̄ fuit imutata forma quātū ad itellectū: qꝛ i xpi noīe tota trinitas itelligit: sz solū q̄tum ad vocē. Nec hoc ipꝫ potuissent nisi ex fa miliari ꝯsilio spūs sci. Rō aūt mutatio nis fuit vt nomē xpi amabile reddēt Hoc ēt nūc eccl'ia posset si spāle prece ptū a spū scō hēret. nō aūt ꝓpria auctre

Uñ mõ sic dicendo nõ eẽt baptism⁹ ꝙꝫ
uis gdã ꝯ̃riũ dicãt. A .In.c.a quodã
de ꝯie.dis.3.dr̃ ꝙ baptizat⁹ in noie xp̄i
nõ ẽ rebaptizãdus:q2 tenet baptismus
lꝫ nõ debuerit fieri ꝟm glo.ibi. B
¶Quid si dicat̃, In noie trinitatis? Nõ
ẽ baptism⁹:q2 nõ exp̄mũt̃ ꝑsone: sꝫ so
lũ nũer⁹ ꝑsonaꝝ. Silr̃ nõ ẽ baptismus
si dicat̃. In noie genitoris ⁊ geniti ⁊ ꝓ
cedẽtis ab vtroqꝫ:q2 genitor nõ sig̃t ꝑ
sonã p̃ris.sic hypostasiꝫ subsistẽtẽ.sed
ꝑ modũ act⁹.⁊ iõ nõ ẽ eadẽ significatio
nec eẽt baptizat⁹.⁊ eadẽ rõ de aliis est
Quãuis aũt nõ sit eadẽ vox in greco ⁊
latino.tñ ẽ eadẽ significatõ. Uñ i q̈libꝫ
lingua illa ꝑtinẽt ad formaꝫ q̃ p̄ncipa
li⁹ iũt istituta ad significãduꝫ ꝑsonas
illas. A .Idẽ i sũ.cõ.eo.ti.q.ii.⁊.iz. B
¶Quid si v̾ba ꝓferant̃ corrupte? Rñº
ꝟm Tho. vbi.s̃. Aut facit aliq̄s ex indu
stria.⁊ sic nõ vr̃ intendẽ qđ eccl'a inten
dit:vnde nõ est baptism⁹. Aut facit ex
ignorantia vel defectu lingue:⁊ tũc si
tata ẽ corruptio ꝙ oĩo auferat sensuꝫ
nõ ẽ baptism⁹. Si v̾o sensus remanet
ẽ baptism⁹ vt dicendo patria ⁊ filia. si
cut hr̃ de cõse.di.4.retulerũt. Et hoc p̄
cipue accidit ꝙ sensus non mutat̃ qñ
fit corruptio i fine:sed mutatio ex ꝑte
p̄ncipii uariat significatõeꝫ:⁊ iõ ñ ẽ ba
ptism⁹. A .Hº itellige vt plurimuꝫ.
Si ãt occurrẽt i aliq̈ lingua ꝙ corrupº
ex ꝑte p̄ncipii ñ mutaret ꝟꝫ eãdẽ sig̃tõ
nẽ salte ꝟꝫ accõmodatõeꝫ usus ñ vitiat
baptismũ ꝟꝫ Pe. ⁊ i sũ.cõ.d.q.xi. B.
¶Quid si aliq̄d subtrahat̃? Rñº ꝟꝫ Th.
in 4º di.3. Si illđ qđ subtrahit̃ sit de es
sentia forme nõ est baptismus.⁊ q sic
baptizat g̃uiter peccat:vt si subtraha
tur iuocatio triũ ꝑsonaꝝ vel expressio
act⁹ vel exp̄ssio ꝑsone baptizate. Sed
exp̄ssio ꝑsone baptizantis nõ ẽ de for
ma q̃tũ ad necessitatẽ sacri sꝫ istitutõ
ne eccl'ie. Et iõ si omittat̃.ego erit bap
tism⁹:sꝫ peccat baptizãs. A .Adde ꝟꝫ
Pe.⁊ Al.⁊ i sũ.cõ.dcã.q.xi.liº3.ti.z4.ꝙ
erga subalia ẽ distinguẽdum:q2 si sub
tractio seu diminutio fit ex voluntate
viciat baptismũ. Si ex necessitate pie
credit̃ ꝙ sũm⁹ sacerdos suppleat:vt si
puer morẽt̃ añqꝫ sacerdos v̾ba forme
ꝑficeret. vñ talis si moriat̃ in cimitẽio
sepeliẽdus ẽ. Si v̾o superuixerit.credo
ꝙ ratione dubii sub conditione rebap
tizandus est. B.
¶Quid si addit̃ aliq̄d? Rñº ꝟꝫ Tho.ubi
s̃. Duo hic obseruanda sũt. Primũ ex
ꝑte addẽtis:q2 si aliq̄d addẽt itendẽs
illud esse de forma q̈si volẽs nouũ ritũ
adducẽ.cõstat ꝙ nõ itẽdit ꝓferre for
mã q̃ vtit̃ eccl'a ⁊ ita nec facẽ quod fac̃
eccl'ia.q̃re nõ eẽt baptismus. Sec⁹ aũt
eẽt q ex aliqua cã addẽt vt ex deuotõe
q̈dã. Scđꝫ ẽ ex ꝑte ei⁹ qđ addit̃:q2 si ẽ
corruptiuũ forme.nõ ẽ baptismus.sic̃
si dicat̃, In noie p̃ris maioris ⁊ filii mi
noris corrũpit̃ fides quã forma ꝓfitet̃
Si v̾o quod additur non est corruptm̃
forme.sicut si additur.⁊ btẽ Marie.ꝓ
babilius videtur ꝙ esset baptismus
A .Con. Pe.⁊ Al.vt in sum.con.dicta
q.xi. B.
¶Quid si fiat iterruptio? Rñº ꝟꝫ Tho.
i 4º sen.di.3. Si sit tanta iterruptio ꝙ
itercipiat intentõem baptizãtis nõ est
baptism⁹.sicut si dicat̃. In noie p̃ris ⁊
iterponat̃ longa fabula.⁊ postea dicat̃
⁊ filii. Si aũt fuerit ꝑua iterruptio. vt
puta v̾bi:nõ corrũpẽtis formã:ut si di
cat̃. In noie p̃ris oĩpotentis.aut iterru
ptio silẽtii aut tussis ⁊ h⁹ qđ itentõem
nõ discõtinuet.ẽ baptism⁹. A .Ideꝫ
in sũ.cõ.dcã.q.xi. Ubi ẽt addit̃ secũduꝫ
Tho.ꝙ si sacerdos vl' baptizans dicat
Ego intendo te baptizare,non est bap
tismus. B.
¶Quid si fiat trãspositio? Rñº ꝟꝫ Tho
vbi.s̃. Si ẽ talis trãspositio ꝙ mutet i
tellectũ.nõ fit baptism⁹.vt si dicatur.
In noie p̃ris baptizo te.⁊ filii. Secus si
nõ mutat itellectum:vt si dicatur. In
nomie p̃ris ⁊ filii ⁊ sp̃us sci baptizo te.
Alii dicũt ꝙ qualitercũqꝫ mutet̃ ordo
v̾boꝝ nõ videt̃ intellect⁹ mutari ⁊ erit
baptism⁹. A .Pe.dicit. Si mutatõ fi
at ex simplicitate.ñ nocꝫ.si ex malitia

ſic. vt i ſũ. cõ. ocã. q. xi. Tuti⁹ videt̃ hoc
caſu rebaptizare ſub ꝯditione rõne du
bii. ſicut i ſili dictuz ẽ. B. De forma
ꝟboꝝ qñ plures ſil' baptizãt vl' qñ plu
res baptizãt̃ vide. ĩ. baptiſm⁹ 3° §. 9°

Baptiſmus 2° quo ad materiã

Utrꝫ aqua ꝑmixta poſſit eẽ cõ
ueniens mã baptiſmi? R° ſꝫ Tho. i 4.
di. 3. Permixtio põt eẽ duplex. Una q̃
tollit ſpẽz. ſ. qñ per alterationẽ tranſit
i aliam ſpẽm: ſicut per putrefactionez
aliquam vel digeſtionẽ tranſit i vinũ
aut ẽt ꝑ additiõem tãtã alterius liquo
ris: quo ſoluat ſpẽs aque. ſicut ſi parũ
aque multo vino admiſceat̃. Alia per
mixtio ẽ q̃ nõ tollit ſpẽz aq̃: ſicut qñ al
terat̃ aq̃ ſm aliqđ accñs ꝛ manet ſpẽs
ut i aq̃ calefacta. vel qñ aque addit̃ ali
qd qđ illi nõ cõmiſcet̃: ſicut ſi aliq̃ ſoli
da ponãt̃ i aq̃. vl' ſi ſit ꝯmiſcibile. ſicut
aliqd humidũ ẽ tã ꝑue quãtitatis ꝙ i
aquã penit⁹ ꝯuertit̃. In aq̃ g° ꝑmo° ꝑ
mixta nõ põt fieri baptiſm⁹: qꝛ iã non
eſt aqua. ꝑmixta autẽ 2° mõ põt fieri.
Uñ i aq̃ marı põt fieri. ſilr i lexiuio. ꝛ in
aqs ſulphureis ꝛ i aliis q̃ ex terra per
quã traſeũt nõ mutãt̃ i aliã ſpẽm. A.
Idẽ in ſũ. con. li° 3° ti. 24. q. 12. vbi addit̃
ꝙ cognoſci põt qñ mutata ſit ſpẽs aq̃
vel nõ ex raritate ꝛ denſitate. vel q̃ñdo
humoꝛ aliqs nõ caliſieret caloꝛe vel ñ
ꝯſtringeret̃ frigoꝛe ſicut aqua. vt pꝫ i
vino: oleo lacte. ꝛ hi⁹. vñ ſi aq̃ paludũ
eẽt intantũ ĩgroſſata ꝙ recederet a ꝟa
raritate aque. nõ eẽt baptiſm⁹. ſicut ſi
eẽt lutũ. Silr nõ põt fieri i bꝛodio pin
guiũ ꝛ h⁹. q̃ infrigidata cõgelant̃. Nec
i aqs q̃s faciũt alchimiſte ad mutãda
metalla. Dr̃ ẽt ibi ꝙ meli⁹ eſſet ſi ſacer
dos facẽt fieri aquã calidam: qꝛ ꝑuuli
ita qñqꝫ penetrant̃ frigoꝛe aq̃ ꝙ ꝯhũt
moꝛtales ĩfirmitates ꝛ moꝛiũt̃. B.

¶ Utrꝫ baptiſm⁹ aq̃ poſſit in aliq̃ ſup
pleri? R° ſm Pe. Scđm oẽm legez nõ
põt in ꝑuulis ſuppleri cuz non poſſint
hr̃e vſuz liberi arbitrii. Sꝫ ſi ꝓ xp̃o oc
ciderẽt̃. pie credit̃ ꝙ ſaluarent̃ ſine ba
ptiſmo. In adultı aũt põt ꝑ baptiſmũ
flaminis ſeu ꝯtritõis: ꝛ ꝑ baptiſmũ ſã
guinis. i. martyrii. Et hoc intellige qñ
ẽ articul⁹ nccitatis: nõ ꝯtẽptus religio
nis. Idem Tho. in 4° di. 4. A. Idez
i ſum. con. eo. ti. q. 20. B.

¶ Pꝛohibitũ ẽ vt nõ fiat baptiſm⁹ ni
ſi cũ chꝛiſmate nouo. ſ. illius anni ꝑter
q̃ꝫ in nccitate moꝛtis. Et punitur ſacer
dos ſi ꝯtrafecerit. de ꝯſe. diſ. 4. ſi qs de
alio. Idẽ intelligẽduz ẽ đ ꝯfirmatiõe ꝛ
tanto magis quãto ꝯfirmatio minoꝛis
ẽ nccitatis q̃ꝫ baptiſm⁹. ar. extra de ſẽ.
excõ. qm̃. li° 6°

Baptiſmus 3° Quo ad miniſtrum.

Debitus miniſter ba
ptiſmi ſcđꝫ omnes theologos eſt ſacer
dos. Sed in neceſſitate quilibet poteſt
baptizare vir ſiue mulier: oꝛdinatus ꝛ
nõ oꝛdinat⁹. fidel' ꝛ ĩfidel': dũmõ habe
ant ĩtentõez baptizãdi ꝛ ſeruẽt foꝛmã
eccl'e. Uñ ꝛ ſi nõ credat ſacr̃ꝫ baptiſmi
neqꝫ aliqd ſpũale ibi fieri: dũmõ ĩ gnẽ
ĩtẽdat facẽ qđ facit eccleſia baptiſm⁹
ẽ. Sꝫ tñ ſimplex cleric⁹ non dꝫ baptiza
re pñte ꝑſbꝛo: neqꝫ laicus pñte clerico:
neqꝫ mulier pñte viro. Pꝛobãtur hec
omnia. de ꝯſe. di. 4. mulier. ꝛ. c. roman⁹
ꝛ. 30. q. 3. ſuꝑ qb⁹. Idem Tho. in. 3. ꝑte. q
67. A. Addẽ ꝑdcis vt meli⁹ ꝓbeẽt. de
ꝯſe. di. 4. c. in nccitate. ꝛ. c. a quodam iu
deo. ꝛ. c. ſiue hẽtic⁹. Pꝛedicta ẽt notant̃
i ſũ. cõ. li° 3° ti. 24. q. 26. Ubi etiam dici
tur ſꝫ Tho. ꝙ pꝛe byter baptizare po
teſt pꝛeſente epiſcopo: quia de officio
ſuo eſt. B.

¶ An baptiſm⁹ tradi poſſit a mal' mi
niſtris? R° ſm Pe. ſic. qꝛ bonitas mini
ſtri nõ eſt de neceſſitate: ſꝫ de ꝯgruen
tia. Uñ dicit Aug. ꝙ ꝑ ebꝛioſũ: homici
dã ꝛ ꝑ quẽcũqꝫ malũ dat̃ baptiſm⁹: et
baptizatı tot⁹ effect⁹ baptiſmi ꝯfert̃.
Idem Al. ꝛ Tho. in 4° diſ. 5.

¶ Sed qd ſi ſacerdos nolit baptizare
niſi dato ſibi ꝑcio aliquo? R° ſm Pe.
ꝛ Tho. in 4° di. 5. A tali lꝫ emẽ aquam
ꝓ baptiſmo ẽt ſi aq̃ ꝯſecrata eſt: ſꝫ nõ

licer ꝓ baptiſmo dare pecuniã nec ꝓ
ſe:qꝛ i tali caſu ſufficit baptiſmus fla
minis.nec ꝓ alio.qa nõ ſunt facienda
mala vt eueniant bona.Ro.3º. Tñ i ca
ſu nccitatis ille q gerit curã pueri lici
te põt baptizare vl' a quocunq; alio fa
cere baptizãi.vt ponit Tho.ſcda ſcđe
q.100. A .Jdẽ in ſum.cõ.eo.ti.q.24.
Ubi ẽt ſubdit Alb.dicit ꝙ i tli cãu licꝫ
redimẽ vexatõeꝫ ſui iur/ ꝛ ꝓ ſe ſi bapti
zandus ẽ.ꝛ ꝓ puulo quẽ velit baptiza
ri.Sꝫ Tho.dicit ꝙ pͥmũ vr̃ meli᷒.hec
ibi.Hoc ita apparet.Nã hoc caſu nõ i
gerit aliqua vexatio ſꝫ ſacr̃i denegatõ
niſi ſimoniace. B.

¶ Utꝝ mal᷒ miniſter peccet mortalit̃
baptizando? Rº ſm Tho.ꝛ Pe.vbi.ſ.
Aut baptizat cũ ſolẽnitate ꝛ vt miſter
eccl'e:ꝛ tunc peccat mortalit̃ ſi pctm̃ re
colit nec penitet. Aut baptizat in arti
culo neceſſitatis ſicut vetula baptizat
ꝛ tunc non peccat.

¶ Utꝝ q ſcient̃ ſuſcipit baptiſmum a
malo miſtro peccet mortalit̃? Rº ſcđꝫ
Tho.ꝛ Pe.vbi.ſ.Si malus miſter ſit
pciſus ab eccl'a.ſuſcipiens ſcient̃ a tali
peccat:niſi in articulo nccitatis:in q̃ re
cipere poſſet a quocũq; heretico. Sed
ſine nccitate.nec ab hẽtico.nec ab ex
cõicato.nec ſuſpenſo recipi dꝫ.Si autẽ
non eſt preciſus.nec peccat ſuſcipiens
ab eo.niſi forte per accidens ſi hoc ipo
foueat ei fouẽdo eũ i peccato. A.Jdẽ
in ſum.con.eo.ti.q.23. B.

¶ Utꝝ melior ſit baptiſmus q cõfert̃
a bono? Rº ſm Tho.in 4º di.5.Equaliſ
ẽ ab vtroq; q̃tum ab ſubales effectus
ſꝫ tñ cuꝫ effectu pncipali põt aliqd pl᷒
ↄferri ex merito baptizãtiſ:ſꝫ h effect᷒
accñtalis eſt.Jdẽ Pe. A .Jdẽ in ſũ.
con eo.ti.q.27. B.

¶ Utꝝ angel᷒ poſſit baptizare? Rº ſꝫ
Tho.vbi ſup̃.Angelo bono ex officio
qdẽ nõ ↄpetit baptizare nec eccl'am cõ
ſecrare.Põt tñ ex ſpãli mandato dei.
Et qꝛ nũq; vſurparet ſibi alienũ offici
uꝫ.iõ ſi ſciat̃ bon᷒ angelus eſſe nõ eſſet
qs rebaptizãd᷒ neq; eccleſia recõſecrã
da.vt de eccl'ia ſci Michaelis factũ ẽ.
Malo aũt angelo.i.diabolo ptãs bap
tizandi ↄpetẽ nõ põt.neq; ex officio nꝫ
ex ſpãli mãdato.nõ.n.põt eẽ miniſter
ſalutis ſꝫ punitõis.Uñ ſp pſumenduꝫ
eẽt ꝙ nõ facerꝫ intentõe baptizandi:ſꝫ
decipiẽdi.Uñ nullo mõ põt. A .Jdẽ
i ſũ.con.q.28.ꝛ.29. B.

¶ Utꝝ i baptizãte regrat̃ intẽtio? Rº
ſcđm Tho.i 4º diſ.6.Sic.Sꝫ ſi qñ pfe
ret vba nõ adſit actualis intentio.dũ
mõ pͥus intenderit.ꝛ ↄ̃ria intentio non
iteruenerit ſufficit ad baptiſmũ.Et ex
his pꝫ ꝙ furioſus ꝛ ebri᷒ qñ oĩo vſu rõ
nis caret baptizare nõ pñt:qꝛ non pñt
habere intentionem. A .Jdem in ſũ
con.q.35.li º 3º ti.24. B

¶ Utꝝ plures pñt vnũ baptizare? Rº
ſm Tho.in 4º di 3.ꝛ in.3.pte.q.67.Poſ
ſunt dũmõ qlibꝫ intẽdat totũ facẽ.Si
milit̃ ꝛ vn᷒ plures ſil' dũmõ itẽdat ba
ptizare oẽs.Neutꝝ tñ dꝫ fieri ſine ma
gna neceſſitate. A al' faciẽtes pecca
rẽt ſꝫ Pe.vt i ſum.cõ.eo.ti.q.25. B.Et
qdẽ qñ plr̃es baptizant ſi dicãt nos ba
ptizam᷒.nõ ẽ baptiſm᷒.ſꝫ quilibꝫ dꝫ di
cere.ego te baptizo.Qñ aũt vn᷒ bapti
zat plr̃es dicẽs.ego vos baptizo bapti
zati ſunt. Et de hoc vide.ĩ.baptiſmus
4º.§.3º A .Uidet̃ ẽt Tho.ſentire ꝙ
ẽt ſi vn᷒ baptizãſ dicat nos baptizam᷒
nihil facit.Sꝫ Pe.dicit.Puto veri᷒ ꝙ
baptizãt ſi dicat̃.vos baptizamus:qꝛ
mod᷒ expͥmẽdi actũ nõ eſt de ſuba for
me.ꝛ iõ cũ dr̃.baptizo vos.ſeruat̃ ſuffi
cient̃ forma eccl'e.Frat̃ Durand᷒ dicit.
ꝙ dicẽtes.nos baptizamus.non bapti
zãt niſi ſm loquẽdi vſuꝫ intendãt pl'a
lẽ nũeꝝ ꝓ ſingulari ponẽ.ꝛ tũc ille ſol᷒
baptizat q pͥus vba cõplet mergendo
ſeu aquã ĩfundẽdo.Puto ꝙ tutior ps
ſit eligẽda.ex̃ de homi.petitio. B.

Baptiſmus iiiiº.

q̃ ad ſuſci
pientes.Utꝝ omes teneant̃ ad
baptiſmũ? Rº ſm Tho.in 4º di.6.Qui
libet tenet̃ ẽt ſcificat᷒ in vtero ꝓpter
tres rões.pͦ qdẽ ꝓpt̃ acgrẽđ caracterẽ

q̄ ānumeraret in pplo dei: ꝛ quasi ꝯpu
tet ad ꝑcipiēda sacra diuina. 2° vt ꝑ ba
ptismi ꝑceptōem passioni xp̄i et corpa
liter cōformet. 3° ppter bonū obie . ga
p̄ceptū de baptismo oib⁹ datū ē.
¶ Utrū in vt̃o ex̃ñs puer possit bapti
zari: R° ſm Tho. i 4° dis. 6. Nō pōt. qꝛ
talis deo not⁹ ē: nō eccl̃ie: nec subiici pt
opationi ministroꝝ eccl̃e. Un̄ dicit Au
g⁹. ꝙ sicut q̄ nō vixerit non pōt mori:
ita q̄ nat⁹ nō fuerit nō pōt renasci. Nō
dꝫ aūt mat̃ scindi vt puer possit nasci ꝛ
baptizari: qꝛ ſm apl̃m nō sūt facienda
mala vt veniant bona. Deberet autē
scindi si iā defuncta eēt: vt. ff. de inoffi.
testō. l. posthum⁹. Qn̄ aūt appet aliq̄d
mēbꝝ ꝛ nō ē plene nat⁹: expectāda est
talis egressio: nisi mortis ꝑiculū imie
at seu timeat̃. Nā i tali periculo egres
sa pte p̄ncipali. s. capite baptizari dꝫ.
Sec⁹ de aliis ptib⁹: vt de manu ꝛ ꝯ pe
de: q̄uis nō noceat si ille ptes asꝑgant̃
aqua baptismali: qꝛ diuina mīa non ē
artanda. Et si postea nascat̃ plenarie n̄
ē rebaptizādus ſm q̊sdā. Sed nihil ꝑi
culi accidit si ad cautelā baptizet̃ sub
hac forma. Si non es baptizat⁹ ego te
baptizo. ꝛc̄. A . Idem in sum. confes.
eo. ti. q. 32. B.
¶ Quid fiet qñ nascit̃ mōstrū: R° ſꝫ
Tho. in q̊libet. Aut certū est esse duas
aīas rōnales: aut nō. Certū aūt ē si sūt
duo capita ꝛ duo colla ꝛ duo pectora:
qꝛ erūt ꝑ cōseq̄ns duo corda: ꝛ sic sunt
baptizādi vt duo. Et q̄uis p̄sumat̃ ꝙ
ptes possint simul baptizari dicendo.
ego vos baptizo. tuti⁹ tn̄ ē eos baptiza
ri singillatim. Si ℞o dubiū est vtꝝ sint
due aīe: tūc p̊ baptizādus ē vn⁹ postea
potest alter baptizari dubie sic. Si nō
es baptizat⁹: ego te baptizo. A . Idē
in sum. con. eo. ti. q. 33. Ubi et dr̃ ꝙ tunc
est dubiū si sint duo capita disticta: vl'
qd simile. B.
¶ Utꝝ in eo q̄ est baptizād⁹ reqrat̃ in
tētio ꝛ volūtas: R° ſm Pe. Suscipien
tiū baptismū tres sūt drie. Quidaꝫ .n.
nunq̄ꝫ habuerūt vsū rōis: vt paruuli ꝛ
ꝑpetuo furiosi: ꝛ in his nō reqrit̃ volū
tas. Quidā ℞o aliqñ hūerūt: lꝫ tūc nō
hēant: ꝛ in his i nccitate sufficit antece
dēs volūtas. Itaq̄ꝫ amētes ꝛ dormien
tes si ante furiaꝫ vel dormitōem habe
ant ꝯriam volūtatē nō recipiūt sacr̃m
Si aūt habuerūt ppositū: ꝛ h° ꝑ signa
aliq̄ inotuit: tūc i articulo nccitatis de
bēt baptizari etiā si furiosus tūc ꝯdice
ret. Si tn̄ nccitas tūc nō sit dꝫ expecta
ri lucidū infuallū vl' vigilia dormien
tis. Quidā ℞o hñt vsū rōis: tūc cuꝫ ba
ptizāt̃ ꝛ i his reqrit̃ ꝯtritio ꝛ ꝯuotio ad
ꝑcipiēdū rē sacr̃i: ꝛ itētio ꝛ volūtas ad
ꝑcipiēdū sacr̃m. Nec tn̄ reqrit̃ volūtas
absoluta recipiēdi qd̄ eccl̃ia ꝯfert: sed
qñq̄ꝫ sufficit volūtas coacta. Et si sit co
actio sufficiēs ꝛ ex toto ab ex̃: vt cū ali
quis reclamans imergit̃ violent̃: talis
nec sacr̃m suscipit: nec rē sacr̃i. Si autē
sit coactio iducēs: sicut minis vl' flagel
lis: ita ꝙ poti⁹ ip̄e eligat baptismuꝫ su
scipe q̄ꝫ talia pati: suscipit sacr̃m: sed n̄
rē sacr̃i. Idē Tho. in 4° dis. 4. ꝛ. 6. Sil'r
ꝛ Al. Sed ꝛ hec pbāt̃. 45. dis. de iudeis.
ꝛ ex̃ de bap. ꝛ ei⁹ effectu. maiores. circa
fi. A . Idē i sū. con. li. 3° ti. 27. q. 36. B
¶ Utꝝ i eo q̄ dꝫ baptizari reqrat̃ fides
R° ſm Pe. In paruulis ꝛ nālr stultis ꝛ
h⁹. q̄ per se nō pñt credē nō reqrit̃ fid̄s
ppa: sꝫ sufficit aliena. In aliis ℞o re
qrit̃ fides ppa nō q̄dē ad susceptōeꝫ sa
cr̃i. qꝛ et sine ea recipet̃ caracter: sꝫ quā
tū ad susceptōem rei sacramēti. i. gr̃e.
Idem Tho. in 4° dis. 6. A . Idem in
sum. con. eo. ti. q. 37. B.
¶ Baptism⁹ iterari nō dꝫ. i. q. i. quod q
dā. Pena aūt iterātis ſm leges ē ꝯca
pitatio. C. ne sanctū baptismū l. 2. A.
Ibi nō dr̃ decapitatio sed vltimū sup
pliciū: qd̄ importat mortē q̄litcūq̄ꝫ ife
rat̃. B . Scdꝫ canones ℞o tales non
pñt pmouēi siue sciēter rbaptizati sint
siue ignorant̃: ꝛ postq̄ꝫ sciuerit ratū ha
buerūt. dis. 50. cōfirmādū. Al'r ℞o q̄ igno
rant̃ rebaptizati fuerūt vt infantes: vl'
coacti absolute pñt pmoueri ſm q̊sdā
de iure. Secūdū alios qd̄ tutius est de

dispēsatōe.de ɔse.di.4.eos. A .Al'in
cipit hos. Sȝ meli' facit.c.q bis.ea.di.
vbi dr̄ q bis ignorant baptizati sūt nō
indigēt p eo penitē nisi ꝙ ꝫm canōes
ordinati nō pn̄t.nisi aliqua magna ne
cessitas cogat. B .Jteȝ clerici iterā
tes baptismū deponēdi sūt.ar.i dcō.c.
eos.ꝛ.c.q bis. Laici ꝟo excōicandi ꝛ pe
na plectēdi ḡuiori.vt ibi. A .Jbi nil
dr̄ de excōicatōe:ſȝ de ḡuib' pnis. B
Si dubiteꝶ an aliqs baptizatus fuerit
baptizareꝶ bis ꝟbis p̄missis. Si es ba
ptizat' nō te baptizo.si non es baptiza
tus ego te baptizo. Jn noīe pr̄is ꝛc̄. de
bapti.c.z° A .Eodē mō faciēdū ē qn̄
dubitaꝶ pbabiliꝶ de collatione alioꝝ
sacroꝝ.puta.an sit aliquis confirmat'.
vel ordinatus ꝛ huiusmodi:vt in sum.
con.eo.ti.q.38. B.

¶ Cū iudeus vel paganus petit bapti
smū an stati baptizādus sit? R° si peri
culū ē in mora: vt qꝛ baptizand' timet
ne alii ifideles si hoc senserint interfici
ant.vꝶ eū aliꝶ ipediāt ꝗcitī' ē baptizā
dus.de ɔse.di.4.ne qꝺ absit. Sȝ si peri
lū nō iminet.tūc p octo mēses vel alio
ꝶino arbitrato dȝ deferri.ꝛ inꝶ cathecu
minos teneri.de ɔse.dis.4.iudei.ꝛ.c.se.
A .Jdē i sū.cō.e.ti.q.41. B .De hac
dilatione iteruȝ habes.i.baptismus.5°
§.z°

¶ Quid si qs nō baptizat' pmoueaꝶ i
sacerdotē ꝛ ep̄m.ꝛ postmodū celebrat
ꝛ multos ordinat? R° ꝫm Tho.i 4.di.
z4. Nō baptizatus nullū ordineȝ reci
pere pōt.nec cōficē.nec absoluē.nec ēt
ordinare. Tn̄ pie credi pōt ꝙ ꝗtuȝ ad
vltimos effectus sacroꝝ sūmus sacer
dos suppleret defectum.ꝛ ꝙ non pmit
teret hoc ita latē qꝺ i piculū eccl'e imi
nere posset. A .Albric' autē dicit ꝙ
putat talē cōficē.nō i ptāte sua:ſȝ i ptā
te eccl'e. Descēdit.n.tc̄ a ꝟtute spūs sci
vegetātis eccl'aȝ ptās i illū ne eccl'a de
cipiaꝶ.ꝛ illuȝ excusat ignorātia iuinci
bilis:vt.i sū.cō.li°3° ti.zz.q.8. Primuȝ
vr̄ veri'. Nā cū de hoc errore cōstitēit
taliter ordinati debēt reordinari:vt i
c.p̄.ex de presbro nō bap. B De ficti
accedentibus ad baptismum habes i
fra baptismus 7°.§.z°

Baptismus v.°q̄ ad tē
pora.

Utꝝ aliqꝺ tp̄s determinatum
sit ad baptismū? R° ꝫm Tho.i 4°.di.6
ꝙ i baptismo duo considerantꝶ.s.suba
sacri ꝛ ꝗtuȝ ad hoc nō ē aliqꝺ tēp' deꝶ
miatū imo q̈libȝ die ꝛ hora baptism'
celebrari pōt. Aliud ē solēnitas.ꝛ ꝗtuȝ
ad hoc ēt hȝ duplex tēpus.s.sabbatum
pasce ꝛ sabbatū pentecostes. A Rō
h' est.qꝛ baptism' habet efficaciaȝ ex
duob'.s.ex ꝟtute spūs sci ꝛ ex passione
xp̄i.cui' morte aliquis configuraꝶ per
baptismū q̈i ɔsepult' xp̄o i morte. Ro
6° vt i sū.cō.li°3°.ti.z4.q.z9. B.

¶ Utꝝ baptism' debeat p aliqꝺ tēp'
differri? R° ꝫm Tho.i 4°.di.4. Magis
ē laudabile ꝙ puer ꝗcitī' pōt fieri ba
ptizeꝶ.p̊ qꝛ interim puer mori posset ꝛ
dānareꝶ.z° qꝛ demones non habēt tan
tā ptātē in baptizatis sicut in nō bapti
zato.neq̧ quantū ad nocumenta spūa
lia neq̧ quantuȝ ad nocumenta corpa
lia.3° qꝛ i pueritia facili' hō inducitꝶ et
assuescit i his q̄ sūt xp̄iane religiōis et
forti' inheret. Adultis autē sicut dicit
Tho.i 3.pte.q.68.nō statiȝ cū ɔuertūꝶ
ē sacrȝ hoc ɔferēduȝ.p̊ qdē ne in talib'
eccl'a decipiaꝶ.z° vt an̄ baptismū de fi
de pleni' instruanꝶ.3° pp̄ter reueren
tiā sacri.dū i solēnitatib' p̄cipuis.s. pa
sce ꝛ pentecostes hoīes ad baptismuȝ
admittūꝶ. Si tn̄ plene essent instructi
aut si mortis piculuȝ immineret: statim
essent baptizandi. A .Jdē i sū.cō.eo.
ti.q.40. B .De differētibus āt baptis
mū vsq̧ ad mortē.viꝺ.i.ordinād'.§.z.

Baptismus vi°q̄ ad ri
tū.vtꝝ

imersio sit de necessitate bap
tismi? R° ꝫm Tho.in 3.parte.q.66. Qn̄
consuetudo eccl'e patiꝶ.vel qn̄ nccitas
icūbit ppꝶ defectū aque.vel pp̄ter pi
culū pueri de cui' morte timeꝶ vel ēt
quia sacerdos non posset sustentare

baptizādū pōt sine imersiōe baptism⁹
celebrari. Et ēt sufficit si tm̄ caput asp
gat. Sȝ imergēdi cōsuetudo laudabili
or ē. Silr̄ laudabili⁹ est ꝙ ter imergat
qō sigt̄ fidez trinitatꝭ ⁊ triduū sepultu
re xp̄i. Pectū significatio nō ē de suba
sacri. tn̄ grauiter peccarent qui contra
consuetudinem ecclie semlr tm̄ imerge
rēt. Idem Pe. ⁊ Al. A . Idem in sū.
con. q. 14. ⁊. 15. B.

¶ Quid si de duob⁹ sacerdotibus alter
sit manch⁹ ⁊ alt̄ mut⁹: vno ꝓferente ⁊
alio imergēte? R° sm Tho. i 4° dist. 6.
Nō ē baptism⁹. Idē Hosti. A . quia
ip̄a ꝟba forme ondunt ꝙ ab eodez de
beat fieri imerssio ⁊ ꝓnunciatio ꝟboꝝ
vt in sum. con. eo. ti. q. 38.

¶ Quid significāt sacr̄alia q̄ fiūt i ba
ptismo? R° sm Pe. in 4° sen. Quatu
or sacr̄alia fiūt an̄ baptismuz q̄ signifi
cant hoc mō. Exsufflatio ⁊ iflatio signi
ficāt spūs mali expulsionez ⁊ boni itro
ductōez. Salis imissio. grām ⁊ sapiam
⁊ a pctōꝝ putredine ꝓseruatōem. Sali
ue cōtact⁹ ad aures ⁊ nares: sensuū spi
ritualiū apitionē. Unctō olei i pectore
⁊ inter scapulas legꝭ dei amorē ⁊ deuo
tā subiectionē. Tria quoqꝫ alia fiunt
post baptismū. s. chrismatio in ꝟtice q̄
sigt̄ xp̄i grāz i mēte. iposítio cerei q̄ si
gnificat fidei ⁊ moꝝ caritatē. vestis cā
dida: q̄ sigt̄ inocētie restōez. A . Idez
i sū. cō. e. ti. q. 44. vbi ēt dr̄. Nota ꝙ lz
pānū q̄ ligant frōtes ꝯfirmatoꝝ seu ue
stē. q̄ ponit i capite baptizati iterato
sumē ad idē officiū. de ꝯse. dist. 4. si qs
voluerit. in tex. ⁊ glo. B.

¶ Utrꝝ i baptismo vel ꝯfirmatiōe pos
sit leuare vel tenē q̄ nō ē baptizat⁹ vel
ꝯfirmat⁹? R° nō pōt. de ꝯse. di. 4. i bap
tismate. nisi i necessitate: qꝛ tūc etiam
baptizare. pōt ⁊ de sacro fonte leuare.
Et de hoc cāu hēs diffuse inter impedi
menta mr̄imonii. i. ipedimētū 6° §. pe.
Religiosis nō licet de baptismo leua
re. Uide de hoc. i. ipedimentum 6° §. fi.
De cathacismo patrinis ⁊ eoꝝ respōsis
habes. i. cathacismus.

Baptismus vii. q̄ ad eius effectum. Quis sit effectus baptis
mi? R° sm Tho. i 4°. dis. 4. Paruuli q̄
dem in baptismo mundantur ab origi
nali ⁊ dant eis ꝟtutes in habitu sȝ nō i
vsu. Adultis aūt fit remissio omnium
peccatoꝝ non solū origialis: sȝ ēt alioꝝ
⁊ totius pene. Neqꝫ requirit alia pnia
Con. Pe. ⁊ mgr̄ sniarum. A . Idez in
sum. con. eo. ti. q. 16. Ubi etiā dicit ꝙ re
grit attritō que tollit indispōnem. s. ꝓ
positū peccandi. ⁊ ꝙ malū ei displicet
sm Pe. ⁊ Tho. Alexander aūt de ales
sup 2° sniarū. di. 37. q. 10. q̄ incipit. Octa
uo q̄rit. ⁊. q. xi. q̄ incipit. Querit postea
dicit ꝙ cū adult⁹ venit ad baptismuz
de nccitate dȝ dolere ⁊ penitē de oibus
mortalib⁹ q̄ꝝ recordat: ⁊ etiam de ve
nialib⁹ in gnē: ⁊ forte de maiorib⁹ ve
nialib⁹ ꝑticularit̄ dolendo ꝙ cōmisit:
seu ꝙ sit in culpa alicui⁹ peccati ēt ve
nialis. Quod si nō fecerit grāz non reci
pit baptismalem.

¶ Utrꝝ fictio ipediat effectū baptismi
R° sm Pe. q̄ fict⁹ ē in h° ꝙ simulat se
velle conferre vel suscipe baptismū ⁊
nō intendit: effectū eius ipedit. Sȝ qui
silat se dispositū iteri⁹ cū nō sit vel qꝛ
nō credit: vel qꝛ cum ꝓposito peccādi
accedit aut ꝯtēnit sacr̄m nō reueretur
vt i sū. cō. seqt̄. Nō suscipit rem sacri. i.
grām sȝ characterē suscipit. Et vt dicit
Aug⁹. Cōualescē incipit qn̄ fictio vera
ci ꝯfessiōe recesserit. Et baptism⁹ qdē
pctā an̄ ꝯmissa delet q̄ ad culpā ⁊ penā
sȝ ꝯmissa p⁹ baptismum delet q̄ ad cul
pā. ⁊ hoc per accidens. qꝛ magis delen
tur virtute pnie. Con. Al. ⁊ Tho. in 4°
di. 4. A . Idez in sum. con. li° 3° ti. 24
q. 17. ⁊. 18. B.

¶ Utrꝝ effect⁹ baptismi eq̄lis sit i oib⁹
R° sȝ Pe. q̄tū ad characterꝭ ip̄ssiōem
⁊ pctōꝝ ⁊ penaꝝ remissionez eq̄lis effe
ct⁹ est. Sȝ q̄tū ad dep̄ssiōem fomitꝭ ⁊
infusionez grē ē ieq̄lis: qꝛ ieq̄lis pōt eē
dispō uolūtatis. In puul' tn̄ qꝛ eq̄lis ē
dispō ⁊ effect⁹ equalis erit. Con. Alb. ⁊

Tho.i 4°dis.4. A. Idē in sū.con.eo.ti.q.zi.vbi etiā dr q ex priuilegio spāli pt plus dare vni q̄ alti. A. Baptism⁹ nō tollit irregularitatē bigamie.i. bigamia.§.6.sz bn̄ tollit illā homicidii.i. homicidiū.4°.§.p̄.in fine.

Bellum p° cōiter ad h° q bellum sit iustū tria requirunt sm Tho. scda scde.q.40. Primū.s. auctoritas pncipis. qz p̄uata psona in iudicio ius suū pōt pseq. Et intellige pncipis siue ecclastici: vt qn̄ pugnat p eccla. siue pncipis sclaris.z3.q.i.quid culpat.z.q.z.c.p̄. Et sm Vl. sufficit auctoritas iferioꝝ dignitatū ad defensionez sibi subditoꝝ qn̄ quis alr p iudicē se iuuare nō potest. Secūdū qd̄ requirit in bello iusto ex iusta causa: vt.s.illi cōtra qs bellum mouet ex aliqua culpa h° meruerūt. Vn̄ Aug⁹ li°.qōnū. Justa bella debēt diffiniri q vlciscūt iniurias si gens vl ciuitas plectēda ē: q vl iudicare neglexerit qd̄ a suis iprobe factū ē vl reddere qd̄ p iniuriā ablatū ē.z3.q.z.dn̄s. Tertiū reqrit intētio recta.s. qua intēdit vel vt bonū pmoueat vel vt malū vitet. vn̄ nō lz fieri ex odio z h°. sz ppt iusticiā z caritatē: vt in p̄dicto.c. quid culpat.z.c.militare. Sūt alia duo q ponūt a qbusdā reqri i iusto bello videlz vt nō sit persona cui bellare non licet: vt clericus.z3.q.8.clerici. Sed hoc est pter spālem phibitōez: vt dr.i. bellū z°.§.p̄. Itē vt fiat p reꝝ repetitōe vl patrie defensione. z h°.z3.q.z.c.p̄. Sz hoc reducit ad iustam cām. A. Idē plirius i sū.con.li°.z°.ti.5.q.45. vbi etiā dr sm glo. Ray. q pnceps qui nullū habz supiorē siue rex siue impatoꝛ auctoritate ppa si iusta cā subsit pōt mouē bellū tam ꝯ subditos q̄ ꝯ extneos. Potest z subditis suis dare auctoritatem mouēdi bellū ꝯ eosdē z eodē mō. Sed certe nullus est p̄ter papā q non hēat supiorē saltem ipm papā.96.di.duo sūt. Jō ad ipz si pōt fieri p iusticia debz recurrē: qz ab ipo ēt imperatoꝛ pōt iudicari.dicto.c.duo. B.

Utrū sine pncipis auctoritate per aliqd̄ pticulare bellū liceat iniuriā repellere? R°. De iure nāli pōt qlibet viz vi repellē: dū tn̄ incōtinēti z cuz moderamie iculpate tutele.i. q tutela illa moderata z sine culpa sit: nec sit ad sumēdā vindictā: sed ad ppulsandā iniuriā ex de homi. significasti z°.circa finē. Dico ppulsandā siue a se siue a socio.z3.q.3.nō inferēda.z.c.vlti. A. Pro socio itellige quēcūq iniuriā patiētē: vt ex dcis.c.pōt colligi. B. et sigdē vis seu iniuria sit i psonā: tūc pōt uis repelli anq̄ sit illata. nā licitū est occidē insidiātē: z eū q vult occidē: si alr non pōt quis man⁹ eius euadē.ff.ad.l.aql.l.4.z 5. A. Si aūt aliqs post vim illataz psone repcutiat: nō vr repulsio iniurie sz vidicta q phibita ē oib⁹. dcō c. significasti. Jō tenet nisi videit iniuriātem paratū d̄nuo pcutē: vt nōt glo.i dcō.c. significasti. Vbi ēt dr q moderamē intelligit si illud tm̄ fiat quo omisso violētia repelli nō posset. z q si qs modū excedat nō tenet si nō facit ex pposito.ff.ad.l.aquil.l.si ex plagis.§.tabernari⁹. Ray. dicit h° veꝝ quo ad sniam excōicatōis qn̄ iniuria fieret in psonā ecclesiasticā. Sz q̄tū ad aliā satisfacrōez de excessu vel q ad pniam vel irregularitatē si ppt repcussionē mors secuta est: tuti⁹ credo q teneat: vt in sum.cō. lib° z°.ti.5.q.5z. Sed dict⁹.§. tabernari⁹. nō loqtur de cōicatōe: sed de satisfactiōe illati dāni: ad quā dicit nō teneri repcutiēdo excedētē nō ex pposito pter p̄cedētē culpā iuasoris. vt ibi. B. Si aūt vis iferat in reb⁹: tūc z illatā z iferēdā licet repellē: sed post illatā dū tn̄ icontinēti.i. q̄cito sit illata vis p̄usq̄ diuertat ad aliū actū: ex de resti.spo. olicām. z in p̄allegato.c. significasti. A. Vbi dic glo. q intelligit incōtinēti fiei ēt collectī amicis: qd̄ puto itelligēduz si ista collectō fiat anq̄ diuētat ad act⁹ iptinētes. ar.l.petēs.C.d̄ pac. Al' posset diu durare z esse mā publice secte: licz

aliud videat dici i sũ.cõ.co.ti.q.53. B.
Sanãt aũt sciẽdũ ẽ ꝙ ad talia nẽo
tenet: imo ꝑfecti⁹ eẽt remittẽ iux̃ illõ
Math.5º.si quis te percusserit i vnam
maxillam.ꝛc.

Utrũ per bellũ vel violẽtiã liceat ꝓ
ꝓpa auctoritate rẽ iã ablatã vł iuasã re
cuꝑare? Rº sꝫ Inno.ꝛ Hosti. Si hº fiat
incõtinẽti: certe lꝫ: ꝓut i ꝓximo.§.dcm̃
ẽ. Si ꝟo ex interuallo: nõ licet: imo debꝫ
adiri iudex raptoris ꝛ ei⁹ auctõitate re
cuꝑari. nã si aliqs ꝓpa auctoritate vio
lent recuꝑaret etiam rem suam: cadit
a iure suo ꝛ perdit eam. A .Facit ad
hº.ff.qõ met⁹ cã.l.extat. B .nisi for
te nõ posset ꝑ iudicẽ eã cõsequi vł recu
ꝑare: vt notat.i.di.s.ius gẽtiũ.

Quid si absq auctoritate suꝑioris
aliqs dãnificat⁹ accepit de reb⁹ dãnifi
cãtis: nũquid põt retinere? Dicẽdũ. Si
accepit absq vitio: vtputa qꝛ iuenit:
vel ali⁹ sibi dedit.ꝛ h⁹.nõ peccauit: ꝛ p̃t
licite retinẽ vsq ad valorẽ dãni.ff.de
ꝯdi.inde.l.si nõ sortẽ.§.si centum. Nisi
forte res q̃ ꝑuenit ad eũ fuisset illi a ra
ptore cõmodata. C.de ꝯmodato.l.ꝑtex
tu. vel etiã deposita. C.depositi.l. siqs:
nã i his cãib⁹ ñ p̃t retinẽ. Hec idubitat
ꝟa sũt sꝫ i foro iudiciali: sꝫ q̃sõ ẽt: lꝫ tał
peccet ꝛ pniam agẽ teneat: tñ in foro
penitẽtiali non tenet ad restitutõem.
In hoc con. Guil.ꝛ Ul. Et ad hoc facit
qõ dic̃ Tho. de illo qui furtiue accepit
rẽ suã apud aliũ iniuste detẽtã: vt hꝫ
.i.depositũ.§.vlt. A .Hic pctm̃ ẽ i ac
cipiẽdo: nõ aũt in retinẽdo. ał nõ possꝫ
ꝛ retinẽ ꝛ penitẽ.14.q.6.si res. Retinẽ
aũt nõ licẽt quãdo sine alteri⁹ iniusto
dãno vł ꝓximi malo exẽplo agẽ ñ pos
set. ad Ro.14. ibi. Si ꝓpt cibũ.ꝛc.ꝛ.2.
Cor.6º. Nemini dãtes vllã offensionem
vt põt cõstare ex dictis.i.depositũ.§.fi.
Possꝫ ẽt i accipiẽdo nõ peccare: vt qñ
non possꝫ iusticiam inuenire scđm In
no.ꝛ in sum.con.libº.2º.ti.5.q.45.ꝛ.§.ꝓ
ximo. B.

Utꝝ in bello liceat vti isidiis? Rº sꝫ
Tho. scđa scđe.q.4. In bello iusto licꝫ
vti insidiis occultãdo ab hostib⁹ ea ꝑ
q̃ volum⁹ eos ipugnare: qꝛ ꝓpositũ no
strũ nõ tenemur eis aperire.23.q.2.do
min⁹. Sꝫ nõ licet eos sic decipe ꝙ dica
tur eis falsũ vel nõ seruet eis ꝓmissũ
23.q.1.noli. A .Idem in sum.con.libº.
2º.ti.5 q.47. B.

Qui hẽt iustũ bellũ suũ facit qcqd
capit ab hoste: vł ei⁹ auxiliatorib⁹ siue
subditis siue aliis quousq sit sibi ple
ne satisfactũ de oi dãno ꝛ labore ꝛ ope
ris tam sui q̃ suoꝝ: vel donec ipe hosti
offerat se ad ius: ꝛ velit satisfacere. di.
.i.ius gentiũ.23.q.7.si de rebus vltra.
Hic aũt nõ debet aliqd accipe nisi for
te eẽt tał hostis ꝙ ꝓpt heresim vł aliõ
h⁹.bona sua eẽnt ꝑ edictũ publicata.
A .Uel nisi bellũ eẽt idictũ a ꝓncipe q
suꝑiorẽ nõ hẽt. Tũc.n.nõ tm̃ hostis: sed
ẽt auxiliatoꝝ iniuste iuuantiũ põt qs
res ꝛ ꝑsonas cape. Et capti serui fiunt
sm Inno vt in sũ.cõ.co.ti.q.45. B.
Subditi ꝟo iniuste bellantiũ si in tali
bello nõ p̃stent dñis auxiliũ vel fauo
rẽ nõ sũt expoliãdi vel in aliq̊ puniẽdi
Peccata.n. suos tm̃ õbẽt tenẽ auctões
ex̃ õ his q̃ fi.a ma.ꝑ.ca.c.q̃siuit.1.q.4.
.c.p̊. Qõ veꝝ ẽ ẽt si dñs p̃dictoꝝ in ipo
iniusto bello vtat reb⁹ ipoꝝ ab eis ab
latis. Silr nõ sũt spoliãdi clici ꝛ religio
si. vel ꝯuersi. ꝑegrini. mercatores. rusti
ci eũtes ꝛ redeũtes ꝛ i agricultura exi
stẽtes.ꝛ aialia quib⁹ arãt ꝛ semia por
tãt. ex̃ õ treuga. inouam⁹.24.q.3.si qs
romipetas. Porro tota p̃da q̃ obuenit
de bello iusto: dñi ẽ: ꝛ ipe tenet diuidẽ
subditis sm ꝓportõem ꝛ q̃litatẽ perso
narum. vt di.1.ius militare.ꝛ nõt.23.q.
.5.dicat. A .s.in glo.ꝛ idẽ nõ.glo.in di
cto.c.ius militare. Et cũ oib⁹ p̃dicti cõ.
Albric⁹. B.

Quid cũ subdit⁹ mouet bellũ man
dãte sibi dñо vel seqtur eum: nunqd
tenet restituẽ si q̃ ab hostib⁹ accepit?
Rº. Si bellũ sit iustũ nõ tenet nisi iux̃
edictũ dñi sui. Si ꝟo sit iiustũ ꝛ ipe scit
tenet: qꝛ plus debuit timẽ deum q̃ ho
minẽ. Si ꝟo dubitat vtruꝫ sit iustũ vł

nō:iterū nō tenet.23.q.i.qd culpat.i fi.
Excusat.n.ꝑpter obiam dñi sui lz dñs
peccauerit si forte male ꝑcepit. A.
Con.Al. Sz hoc pōt itelligi vez ꝗusqꝫ
dubitat. vñ alia lra hz interiz nō tenet
Nā cū sciuerit bellū eē iniustū istatim
incipit eē male fidei:ꝛ tenet restituere
qd hz.ar.c.fi.ex de prescrip. Si vo qd
accepit ꝯsumptuz est bona fide tenet i
qꝫtū ex illo sit factus locupletior.L.de
rei vendi.l.certum. B.

¶ Sed queritur an sicut subditi mouē
tes bellū excusant in dubio vt nunc di
ctuz ē.vtꝝ silr excusent amici cognati
stipēdiarii.ꝛ hꝰ: Rꝰ nō.qꝛ non excusat
eos obia. neqꝫ in dubio debēt se cōmit
tere discrimi vt iuuēt aliquez in ꝑiudi
ciū alteriꝰ.14.q.5.deniqꝫ. A.Hoc fu
it dictuz glo.Ray.vt i sū.cō.eo.ti.q.46.
Et addit. Nec ē sile de aduocato quez
excusat bona fides qꝫdiu credit iustaz
cāz eē quā fouet lz i vitate sit iiusta:qꝛ
ibi ē iudex supior q cāz examinat ꝛ de
allegatis iudicat.In bello vo viribus
corpalibꝰ negociū vincit ꝛ nō p rōem
diiudicat.Con.Al.vt ibi. B.

¶ Quid si subditus hz guerraz ꝯ dñm
vel eꝯ:Rꝰ ſm Guil.Cuz vasallꝰ comi
tis hz aliqd ꝯ comitē. regrenda ē ꝑ au
ctoritas regis. Si aūt comes hz aliqd
ꝯ regē ꝛ rex hūiliter reqsitus p ptes cu
rie nollet illi ius exhibē.credo ꝙ si ius
suū defendat armis cū moderamine ñ
peccat.Impugnare vo regē ꝓpria au
ctoritate nō lz: sz denūciare hz pape q
poterit excōicare.ꝛ crescēte ꝯtumacia
dare auctem mouēdi ꝯ eū arma.vl cō
querat coraz imperatore si rex illi sub
sit ꝛ illiꝰ aucte si optebit mouebit bel
lū.Qñ aūt rex hz cām ꝯ imperatorem
vel impator cōtra regē qui non subest
illi non erit aliusquo querimonia po
nat nisi papa:vt nc dictū ē.Tñ passus
iuriā peccaret mouēdo bellū si alt of
ferret satisfactōem.Cū aūt comes hēt
aliqd ꝯtra subditum.nō ꝓpt hoc debz
sibi ius dicere: sz vel auctoritate iudi
cis supioris gladiuz sumat,vel ad dio
cesanū vasalli recurrat.cui si vasallus
obedire recusauērit excōicabit rōe pec
cati.ex de iudi.nouit.Et si p annū sic p
stiterit:diocesanꝰ ipm ꝛ res eiꝰ capien
das exponet.ar.xi.q.3.rursus.ꝛ.c.qsqs.
ꝛ ex de hētic] excōicamꝰ ꝑ.§.si vo dñs.
A.Hoc vltimū dictuz fuit Hosti. vt
in sum.con.liº2º ti.5.q.48.vbi ēt oia ꝑ
dicta ponūtur.Et non solum subditos
sz ꝛ reges pōt epus iudicare.ꝛ per ꝯñs
eiꝰ aucte poterit ꝯ eos bellū mouēi:qꝛ
ei subst.ex de ma.ꝛ obe.oēs ꝛ ibi gl. B

¶ De dānis ꝛ vastatoibꝰ q fiūt in bell
qs ꝛ cui teneat: Rꝰ ſm Guil.ꝙ q habz
iustū bellū nō tenet de illis dānis que
ipe vel sui bona fide pugnando itule
rūt aut a qbꝰ cōmode abstinē nō potu
erūt.Si aūt crassandi aio maliciose in
tulisset cū als posset sibi ꝯsulē tenebit
ꝛ ꝯpēsabunt illa dāna cū dānis ꝓpt q
bellū motū ē:facta diligēti ꝯputatiōe
hic inde.Suis vo hoibꝰ iste q iuste bel
lat nō tenet de dānis q passi sūt ab ad
uersariis:qꝛ tales subditi se ꝛ sua tenē
tur exponē ꝓ dño.Et dico ꝙ dñs nō te
net nisi forte ipe fuerit i clpa negligēt
defendēdo eos.Talis ēt iuste bellās te
net oibus illis qs vocauit de dānis si q
receperūt nisi venerit illi ex debito vl
cā hūanitatis vel cōsanguinitat].23.q.
3.nō inferēda.ꝛ alus caplis ibi.Qui vo
hz iiustū bellū tenet ꝑ aduersariis de
oibus dānis illatis. Tenet ēt suis pro
priis hoibꝰ de dānis que receperūt ab
aduersario q iuste repugnabat: si ipsi
ꝓprii hoies iuuerūt ipz bona fide.aut
si iducti fuerūt ex eiꝰ ꝯsilio timore vel
coactōe:ꝛ de se nō erāt facturi. Secꝰ si
mala fide iuuerūt illū.In q cāu nullaz
hñt actōem ꝯ eū.nā i re turpi nulla cō
trahit obligatio.Insti.mandati.§.illō
ꝛ.ff.mandati.si remunerandi.§.rei tur
pis.ꝛ.l.si mādauero.§.qui eidē. A.In
his iuribꝰ pz ꝙ exequētes iniustū mā
datū lz coacti vel alias iducti nullā ha
bēt actōez cū bonꝰ hō plꝰ timeat pctm̄
qꝫ mortē.ff.qd metꝰ cā.l.isti quidē. Sz
istis inductis debet satisfactio ſm mo

dū ꝑdictum solum in foro penitentia li ꝭm glo. Ray. ⁊ Ul. vt in sum. con. eo. ti. q. 58. vbi ponuntur etiaꝫ omnia pre dicta. B.

¶ Nūqd dn̄i q bellauerunt pn̄t cōpo nere ad inuicē sup dān̄is q̄ eoꝝ subditi passi fuerūt? R° ꝭm Guil. Si cōpō fiat de ɔsensu dān̄ificatoꝝ. standuꝫ est illi. A. Si ɔsensus ē liber ⁊ debitores erāt parati satisfacē ꝭm eoꝝ posse al' nō. ꝭm glo. Ray. vt i sū. con. li° 2° ti. 5. q. 25. Pu to aūt ꝙ sufficiat liber cōsensus credi toris q̄ ad tollēdū restōez. cuꝫ i re ꝓpa glibet sit moderator ⁊ arbit̄. l. in re mā data. C. mādati. B. al' ille qui iniuste mouit belluꝫ non pōt p suam ɔpōnem ꝑiudicare hoībus suis. qn ipse teneat eis de ꝓprio satisfacē. nisi ipi in culpa fuerint parit̄ cū eo. vt in ꝑcedenti. §. di ctū ē. Qui aūt habuit iustū bellū non dꝫ ɔponē cuꝫ aduersario in ꝑiudicium hoīuꝫ suoꝝ. sꝫ dꝫ ꝓcurare ꝙ eis ab ad uersario dāna reddant. al' si cōponeret ita ꝙ aduersari⁹ nō satisfacēt subditi ipe teneret eis. Hoc itellige de dān̄is i cendioꝝ rapinaꝝ ⁊ h°. Nā de expensis satis ɔsueuerūt dn̄i auc̄re sua cōponē vel ptrāsire A. Hoc bn̄ ꝓcedit ex iusta cā qn̄. s. est ad vtilitatē subditoꝝ al' ɔsuetudo nō foret rōnabilis: qꝛ esset ɔ̄ ꝑceptū diuinum quo ꝓhibetur tolli vel retineri seu concupisci alienum. B. Nō ēt de prius dictis dān̄is ɔcedi pōt si dn̄i ex ꝓbabili cā viderint ea eē remittēda poti⁹ cārē pacis ɔmodo ⁊ icurrē belloꝝ picula. Et cū in hoc casu ꝑnceps vtilit̄ gerat negociū subditoꝝ ipi subditi tenent ratū hr̄e. Si aūt ab initio ɔ̄dicāt ne fiat ɔpō nisi restitutis sibi dān̄is. nō pōt dn̄s ipa dāna getare A. Nā gerēs negociū alteri⁹ eo iuito nō pōt aliqd peterē nisi p bn̄ gestis añ p hibitōem. C. de neg. gest. l. fi. B. Sed pōt desistē a bellādo: qꝛ sicut apō deū ē auctoritas mouendi bellum ita ⁊ de sistendi. Lon. Ul. ⁊ Hosti. A. Idem i sum. con. eo. ti. q. 59. B.

¶ Utrū liceat facē noua castra? R° ꝭm Inn. A. i. c. pisanis. de q̄. i. B. Nō lꝫ hoc facē cū iuria vel emulatōe alte ri⁹. vel ēt icastellare vetera que nō ꝓ bant habitata. C. de edi. ꝑua. l. 3. A. Hāc. l. allat Inno. lꝫ aliq hic hēant de edifi. publi. sꝫ male. ⁊ ad ꝑdcā meli⁹ fa cit. ff. de opi. publi. l. 3. ⁊. l. 2. C. de fundis limitosis. li° xi° qs Inno. ibidē allat. B. ⁊ ad h° pōt agē eps vt destruant vel i ꝑstinā formā reducāt. ar. ex̄ de iu deis ɔsuluit. A. Hoc veꝝ qn̄ epi int est: vt i casu. c. pisanis. de q̄ logt Inno. al' nō. sicut de q̄libet alio. Ideo seqtur B. Et nō solū eps sꝫ glibꝫ q hēret ibi reddit⁹. Nā iuste p uitāda diminutiōe sui pr̄imonii glꝫ agit. arg. ex̄ de resti. spo. pisanis. Idē Host. A. Predicta ēt nōnt in sū. cō. li° 2° ti. 5. q. 60. B.

¶ Utrū liceat bellare in festis? R° ꝭm Tho. scda scde. q. 40. Obseruantia fe stoꝝ nō ipedit ea q̄ ordināt ad hoium salutē ēt corpalē. vn̄ dn̄s arguit iude os dicēs. Johes. 4° Mihi idignamini qꝛ totū hoiēꝫ saluū feci i sabbato. Inō ē ēt ꝙ medici pn̄t licite medicare i die festo. Multo aūt magis ɔseruāda ē sa lus reipublice ꝗ vnius hōis. Hoc aūt fit p bellū. ⁊ iō licitū est bellare in die bus festis si nccitas hoc exposcit. Naꝫ ppt̄ festū i nccitate cessare. eēt deū tē ptare. Sꝫ nccitate cessante ñ lꝫ. qꝛ tūc debēt hoies vacare spūalib⁹. Lō. Ray A. Idē in sū. cō. li° ꝑ. ti. 12. q. 7. B. De facientib⁹ ⁊ vendentibus arma. vide. i. negociatio. §. fi. A. imo potius. §. q i cipit. Quid de artificib⁹. B.

BEllum 2° quo ad clicos

Clericis bellare nō licet. 23. q. 8. p totū. Et h° ē ꝭm Tho. scda scde. q. 40. duplici rōne Prima ē gnālis: qꝛ exercitia belloꝝ in getudines habent ⁊ multum ipediūt a contēplatione diuinoꝝ. ⁊ laude dei ⁊ orōne p populis que ad officiū perti nent clicoꝝ. Scda est spālis qꝛ clici or dinant ad altari misteriū. in quo sb sa cro representatur passio xp̄i. i. Cor. xi° Quotiēscūqꝫ manducabit panē hūc ⁊

calicē bibitis mortē dñi ānunciabitis donec veniat. Et iō nō cōpetit eis occidere vel effundē sanguinē ſʒ mag esse paratos ad effusionē ꝓprii sanguis ꝑ xpo vt imitētur ope qđ gerūt ministerio. A. Idē in sū.cō.li.2.ti.5.q.51. Sʒ nec pñt arma portare absʒ iusta cā: puta si trāseāt ꝑ loca ꝑiculosa ad terrorē latronū: lʒ nō debeant ꝑcutē: ar.23.q.3. maximian⁹. ꝛ nōtur ex̄ de vi. ꝛ ho. cle. clici ꝑ. A. In glo. Et subdit ꝙ al' portare nō debēt ꝛ si 3.ᵒ admoniti nō destiterint: ꝑdūt ꝑuilegiū illi⁹ canōis.17.q.4. sigs suadēte. ꝛ ex̄ de sen.ex.i audientia. ꝛ.c. ꝯtingit 2ᵒ. B. Nisi forte vi vi ꝛpellēdo: vt ī. bellū ꝑ.§.2ᵒ.ꝛ.ī. homicidium ꝑ.§.6ᵒ.7ᵒ.ꝛ 8ᵒ. A. In.§.8ᵒ nil de hᵒ dr: ſʒ poti⁹ ī.§.g icipit. utꝝ liceat clici. B

¶ Quid si clic⁹ iuit cū hñtib⁹ iustū bellū ꝛ cōsecut⁹ ē aliqd: nunqd tenet restituere? Rᵒ ſm Huil. Si datuʒ fuit ei ab eis qb⁹ licuit rape: pōt illud tenē. Si āt ipe rapuit tenet ad restitutōem dānificato qđ si sit: aliogn paupib⁹. Naʒ sic dñs ei⁹ nō potuit ei dare auctoritatem bellādi: ita neqꝫ rapiēdi. Posset tñ retinere de ꝯsensu dñi q iuste pugnauit si ꝯsēserit dū guerra durat: qꝛ perinde ē quasi dñs rem illā ei dedisset. A. Jō in sum.con.eo.ti.q.50. B.

¶ Utrꝫ q bellis infsunt possint fieri clici? Rᵒ ſm Ray. Si qs infsit bello licito nec inficit nec mutilat: nec cām mortis ꝑstat si alr sit idone⁹: pōt ꝓmoueri nec indiget dispēsatōe. Si vo i bello illicito ꝛ ibi hoies sunt occisi: ēt si nō ꝑ illū ei iputabit ꝓpter culpā ꝑcedētē: et ita ꝓmoueri nō poterit.15.q.i.c. vltimo ar ex̄ de cle.pcu.pñtiū. ꝛ de homi. continebat. A. Lō. Hoff. ꝛ Hosti. vt in sū. cō.li.2.ti.2.q.5. ꝛ ſm Hosti. ad secūdū mēbrū meli⁹ facit.c.si qs post acceptū 51.dis. Et addit Ray. Credo tñqꝫ cū talibus possit epūs dispēsare: dūmodo nec mors nec mēbri mutilatio fuerit subsecuta: ar. ex̄ de cle.pu.i du.c.ꝑ. ꝛ 2ᵒ. Flo. dicit. Fuerit subsecuta ꝑ illos: lʒ fuerit subsecuta per alios vt ibi. B.

¶ Licitū ē ꝑlatis ecclasticis ob defensionē reꝝ eccle vl fidei iuocare ꝯ violētos brachiū sclare ꝛ hortari tales non qdē vt occidāt vulnerēt vl mutilēt. hᵒ n. eēt directe ad homicidiū ꝓuocare: sed vt ecclam fidē vel patriā liberent ꝛ terrā ab infidelib⁹ occupatā reducāt ad xpm. ꝛ sup hoc etiā facit remissiōes magnas. ꝛ lʒ hic inde aliq occidāt nō ē hᵒ ꝑlato iputādū: imo peccarꝫ nisi ꝯtra tales se opponēt.23.q.5. de occidēdis: ex̄ ꝯ homi. postulasti. ꝛ.c. tua nos.23.q.3. maximianus. ꝛ.q.8. igit. ꝛ.c. scire. ꝛ.c. oi. ꝛ.c. hortatu. ꝛ.c. vt ꝑdem. Tho. etiaʒ scda scde.q.40. dicit ꝙ ad clicos bene ꝑtinet disponere ꝛ iducere aliū ad bellādū iusta bella: ꝛ lʒ nō debeāt exercē bella māu ꝓꝑa: tñ possūt intesse vt iuste pugnātib⁹ spūalit subueniant suis hortatōib⁹ ꝛ absolutōibus ꝛ aliis spūalibus subuentōibus. A. Idē in sum. con.li.2.ti.ꝑ.q.49. B. Si ꝑsona ecclastica violēter occupat domū alicuius ꝛ nō vult exire sine violētia. vid ꝯ. ī. excōicatio.2ᵒ.§.4ᵒ. Et de ista mā etiam vide mlta.ī. irreglaritas ꝑ. ꝛ 2ᵒ. q̄ ꝑ to.

Bellum 2ᵒ

Bellum 2ᵒ inquantum ecclesias inuoluit. Quid de illis q i bello iniusto incendūt eccias: an teneant ad emēdatōem? Rᵒ ſm Huil. Si non sunt incastellate ꝛ incēdunt ex ꝓposito: icēdentes tenent ad emēdā. Si vo sūt incastellate aut nō ex ꝓposito incenduntur sed cāu. s. dū iuste illi bellātes prestant operā rei licite incēdendo machinas hostiū ꝛ h⁹. ñ tenēt. Idē Ul. A. Jō i sū.cō.li.2.ti.5.q.61. vbi ēt declaratur illō h⁹. qđ ē dū icēdūt castꝝ vel vil lam quam als expugnare cōmode nō possunt. B.

¶ Quid de reb⁹ q capiūt ꝯ eccl'is: aut que sūt de bonis ecclaꝝ seu clicoꝝ exñtiū i terra illi⁹ ꝯ quē bellū agitur? Rᵒ ſm Huil. Raptores hoꝝ tenent ad restitutōem nisi auctoritate ꝑlati ecclastici hᵒ fieret. Idē Ul. A. Ideʒ in sū. cō.eo.ti.q.61. B. Ul nisi eēnt victualia

z h⁹.vt i se.§. A .Nō tñ de bōis eccle
sie vel clericoꝝ vt pōt colligi ex dictis
in dcā.q.61.z ēt in.§.se. B.
¶ Quid si irruētib⁹ hostib⁹ ↄfugiunt
ad ecclam z capiūt ibi? R⁰ sm Guil.si
tales ↄfugiētes icastellauerūt ecclam
aut ide ipugnauerūt iustos hostes:nō
debēt gaudē imunitate eccle quā ipsi
violauerūt ide pugnando. Siltr si repo
nāt ibi victualia de qb⁹ sustētant i ipu
gnatōe hostiū:qꝛ si rapiant a iuste bel
lātib⁹ nō peccāt.z nō tenent ad restitu
tōez. Idē Ul. A .Idē in sū.cō.eo.ti.q
6z. B .Ad hoc facit.i.emunitas cō
fugiētium.§.ii.

Benedictio

Benedictio
nē simplicez
pñt dare sacerdotes etiaz pñte
epo.95.di.ecce. Sz nō solēnem vt pmit
tendo:sit nomē domini zc.vel humilia
te vos ad benedictōem zc.z6.q.6.mini
strare. A .Hoc fuit dictū Ray.z ei⁹
glo.vt i sū con.li⁰3⁰ti.z7.q 10.ibi ēt dr
ꝙ sacerdos non debet dicere.humilia
te vos zc nisi calicez teneat aut corpo
ralia aut patenam aut crucem aut tale
quid sm glo. Dr etiam ibi ꝙ cū presbr
celebrat pñte epo dz sibi innuē an ipe
velit bñdicere. Quod si velit nō bene
dicat presbr. Si aūt nolit presbr bene
dicat predcā simplici bñdictione. Nec
erit ēt i pñtia epi lnia alia expssa epi
nccīa:qꝛ hoc solo ꝙ pmittit eū missaz
celebrare itelligit p ↄñs oia pmittē q
ad missā spectāt.ar.ex de offi.dele.pre
terea. Et bñdictio ptinet ad missaz.de
ↄse.di.i.missas. Et ad predicta fac.c.cuz
ad celebrādū ea.di.vbi dr ꝙ vbi epus
nō fuerit ppls benedictionez accipiat
a sacerdote. Et sic pz ꝙ vbi fuerit p dz
requiri vt dictū est. B .vide de hoc
i.sacerdos.§.3⁰ De aq benedicta vide.s
aqua benedicta. An benedicende sint
scde nuptie vide.i.nuptie.§.z⁰

Beneficium

Beneficium p⁰ cōiter
infra
quod temp⁹ conferri dz vacās
beneficium? R⁰ ecclesiastica ministe
ria seu bñficia ecclesie seu officia que
liber nō debēt vacare vltra sex mēses
aliogn si collatio ptinebat ad epm de
uoluit ad caplm z eoꝝ z si fuerit negli
gēs p alios sex mēses deuoluit ad me
tropolitanū:z postea ad papā.ex d cō
ces.prebē.nlla. Et itelligas solū p illa
vice.ex de supplē.ne.prela.sicut nobis
Et si qs predictoꝝ elapso tpe conferat
nihil valet.ex de supp.ne.prela.c.fi. Et
icipit currē tēpus predictū nō a tpe ua
cationis:sz a tpe scie seu noticie.extra
de ↄces.prebē.qꝛ diuersitatez. Et de di
ctis sex mēsib⁹ subtrahit tēpus suspē
siōis z pegrinatōis.z regrit ꝙ p suam
culpā uel neglīaz distulerit.sec⁹ si per i
potētiā iuris uel fci ēt ex culpa ↄtingē
tē nisi fuisset negligēs i petēdo absolu
tōez ut nō.in dcō.c.qꝛ diuersitatē. Et si
talia eēnt officia seu admistratiōes qꝝ
collatio ptineret ad reglares z ipsi ne
gligerēt:diocesani supplē debent.non
obstāte si ipsi regulares fuerint exem
pti:ut in cle.qꝛ regulares.de suppl.ne.
prela.porro.si fuisset eccla cathedralis
l' ēt reglari hēbunt electores solū tres
menses.i.qs si iusto ipedimēto cessan
te electō nō fuerit celebrata.elegendi
ptās ad primū supiorē deuoluit.ex d
elec.ne p defectu. Et itellige cum aliis
ↄditōnib⁹ nūc.s.dictis. A .Predicta
fere oia nō ēt i sū.cō.li.p.t p.q.9z. Et cū
oībus predcis Con.Albri. B. ¶
¶ Qui hz bñficiū cum cura si recipiat
scdz iteꝝ cū cura:ipso iure uacat pmū
ex de prebē.de multa.z de elec.duduz.
ēt rethomagn.uñ ex tūc cuz talis nō sit
prelat⁹ i pma non pōt subditos in illa
absoluē:nec aliqd tale facē. Et sili mō
uacāt ēt prebende canonicoꝝ z eoꝝ di
gnitates.naz lz ñ hēant curā aiaꝝ:tñ re
cipiēdo secūdā uacat pma:ut i.d.c cuz
multa.z d ↄces.prebē.lras. A .De di
gnitatib⁹ seu psonatib⁹ claꝝ est dicto
c.de mlta. De simplici ꝟo prebēda ē du
biuz. Et uidet idem per dictum.c.lras.
ubi dicit glo.ꝙ eps pōt dispēsare circa
bñficia simplicia:sz non in eadē eccla

Ingratitudo. Utrū sit peccatū mortale. R⁹ ŝm Tho. se cūda sc̄de.q.107. Ingratus d̄r aliq̄s du plicit̄. Uno mō per solā omissionē: pu ta q2 non recognoscit vel retribuit vi ces p̄ bn̄ficio accepto. z hoc non sp̄ est peccatū mortale. Nā si ingratus p̄ter mittat illud ad quod nō tenet̄. A .s.ex obligatione necitatis: sed ex debito ḡ titudinis: quod ē vt homo aliquid libe raliter tribuat etiā ad quod non tenet̄ ŝm eundē Tho. ibidē. B .non peccat mortaliter: sed venialiter. quia p̄ue nit ex negligētia quadā seu indisposi tione. A .s. hois ad virtutē: vt p3 ibidē B . Pōt tamē eē mortale p̄pter interi orem cōtēptū: aut si s̄btrahat illud qd̄ ex necessitate debet̄ beneficio siue sim plicit̄ siue in aliquo necitatis gradu. A . vt si omitteret facere quod p̄misit p̄pter acceptū beneficiū. aut si bn̄faci enti non subueniret cum posset in no tabili necitate. B . Alio modo d̄r ingra tus nō solū q2 p̄termittit s3 z cōtrariū agit. Et hoc etiam ŝm conditōem eius quod agit̄ qn̄q3 est peccatū mortale: quandoq3 veniale.
¶ Utrū ingratis benefitia sint subtra henda. R⁹ ŝm Tho. vbi s̄. circa igratū duo sunt cōsiderāda. p̄ qdem q2 ipe sit dign⁹ pati. z sic certum est q2 meretur beneficii subtractōem. 2º considerādū ē q2 oporteat beneficiū facere. p̄ nā q3 non debet esse facilis ad igratitudinē iudicādā. Nā forte non occurrit bn̄fici ato facultas aut debita opportunitas retribuēdi. 2º deb3 tendē ad hoc q2 de ingrato gratū faciat: qd̄ si nō pōt p̄ be neficio facere forte faciet secūdo. Si do ex bn̄ficiis multiplicatis ingratitu dinem augeat z peior fiat: d3 a benefi ciorum cessare exhibitōe.

Iniuria. Quedam est enormis q̄da3 nō: vt s̄. enormia. §.2º A . De lius s̄. absolutio 2º.§.fi.in additōe. B .
¶ Utr3 aggrauet̄ iniuria ex h⁹ q2 omit tatur in p̄sonā plibus cōiunctā. R⁹ ŝm Tho. sc̄da sc̄de.q.65. Ceteris paribus q̄to aliq̄ iniuria i pl'es redūdat: tanto ē grauius pctm̄. Et inde ē q2 graui⁹ pec catū ē si aliquis p̄cutiat p̄ncipem q̄3 p̄ uatā p̄sonā: q2 redūdat in iniuriā toti⁹ multitudinis. Cum aūt infert̄ iniuria in personā coniunctā alteri q̄litcunq3. tunc iniuria illa p̄tinet ad duas perso nas: z ex hoc ipso aggrauat̄ pctm̄. Quō z q̄n liceat iniuriā persone vel rerum repellere: vide s̄. bellū p̄.§.2º De mate ria iniuriarū: vide.i. patiētia.

Iniusticia. Utrum fa ciens iniu sticiā sp̄ peccet mortalit̄. R⁹ ŝm Tho. sc̄da sc̄de.q.70. Cū iniusticia cōsistat in nocumento alterius: mani festum est q2 cōtrariat̄ caritati. z sic ex suo genere ē peccatū mortale. Ille tn̄ qui in paruis facit iniusticiā deficit a p̄fectōe eius qd̄ est iustū facere inquā tū pōt reputari non esse oino 5 volūta te3 eius qui hoc patit̄: puta si auferat aliquis alicui vnū pomū vl' aliq̄d tale d̄ quo p̄babile ē q2 ille nō ledatur: nec ei displiceat. De iniusticia iudicis eccle siastici vide.i. iudex 2º.§.fi. A . Immo .§.p̄. B . Item multa circa iniusticia3 iudicū vide.i. iudex p̄.§.3º z se.

Inobedientia. Utr3 sit peccatū mortale. R⁹ ŝ3 Tho. sc̄da sc̄de.q.105. Sic. Nam inobediētia 5riatur caritati dei q̄ exigit vt ei⁹ p̄ce ptis obediat̄. In p̄ceptis aūt dinis 5ti net̄ q2 etiā supiorib⁹ obediat̄. Un̄ Ro. 13º. Qui resistit p̄tāti: dei ordinatōi resi stit. Itē 5riat̄ dilectōi p̄ximi inquātū supiori p̄ximo subtrahit obediētiam quā ei d3. Si āt plat⁹ aliq̄s tot p̄cepta

ingerat q subditus ea implere nō pos
sit excusat. De obedientia hētur .ī. obe
dientia.per totum.

Inquisitio. Sciendū
q tribus
modis pcedit cōtra aliquē de
crimine.vz p accusatōez. denūciatōez.
z inquisitōem. Et qdem quō debeat fi
eri accusatio hētur .ī. accusare. z .ī. ac
cusatnis. Ad denūciatōez āo dz pcedē
caritatiua āmonitio: ex de accu. super
his.z.c.qliter z qn.2°. Et ad inqsitōez p
cedere clamorosa insinuatio: vt in dcō
.c.qualr. Addit z quart' modus.s.cū cri
mē obiicit per modū exceptōis: d quo
agit.ī.inscriptio.§.p.z.2°

Qn z a quo sit pcedēdū ad inquisi
tōem. R°. Cū subdit' aliqs vel etiā pre
latus offendit si per clamorē z famam
ad aures supioris peruenerit: nō qdez
ortā a maliuolis z maledicis: sz a pui
dis z honestis: z non sel tm sed sepe dz
excitarē diligēti' pscrutari vt puniat si
opz: nō tanq idē sit accusator z iudex:
sed qi denūciāte fama: ex de accu. qlit
z qn.2°.z ex de simo.lz heli. A. In dicto
.c.qliter.nō dr de ortu infamie: sed de
denūciatōe q facienda ē a puidis z ho
nestis. Sufficit.n.fm Ray. q apud bo
nos z graues qs sit diffamat': nō disti
cto a quib' ortū hūit infamia. qz infa
mia ab icerto auctore pcedit: de ɔsec.
di.4.sanctū. Con. Ber. z Hosti. in dicto
.c.qliter.z in sū.con.li.3°.ti.33.q.5. Et ad
dūt q tūc purgatio est indicēda saltē
ppt scādalū: ar.ex de pur.ca.accedēs.
Addit Hosti. Si nō oino cōstaret q a
maliuolis orta ifamia eēt: nec scanda
lū imineret: nec multū sparsa eēt infa
mia: nō eēt de necitate purgatio indicē
da: ex de pur.ca.cū in iuuētute. Itē vt
pz ibidē. Ul. dicit q ad inqsitōem pce
ditur ex qtuor causis.s.ex clamorosa in
sinuatiōe: vt dictū ē. Itē ppter scāda
li timorē: qd pōt turbare eccliam: siue
sit vn' adeo potens q ipe scandaliza
r' pōt eccle scādalū suscitare: siue sint
plures. Ad remotōem autē talis scan
dali indicitur purgatio.z illa seqtur in
quit inqsitōem. Itē pōt fieri inquisitio
ɔ eū qui suspect' ē suo prelato vel p n
cipi terre vel aliis bonis viris. qz ex h°
indicit purgatio. Itē fit inqsitio pter
periculū etiā sine ifamia: sicut fit i he
resi z in aliis criminib' que serpūt i oc
culto. Ibidē etiā pz fm Hosti. qlr eps
ex officio suo visitet qlibet āno quāli
bet eccliam etiaz si nulla pcedat infa
mia. z tūc ingrere dz ex officio puro tā
de clericis q de laicis. Dicit etiaz q ar
chieps h' visitat si de consuetudine hoc
habeat: postea eps de iure cōi: postrēo
archieps eodē iure. z legat' ab aplica
sede missus. Et ɔ h° nō currit pscriptio
ex de pscrip.cū nō liceat. qz nisi visita
retur aia piclitaret. puilegia tamē bn
possunt eximere. Hec oia i dcā.q.5. B

Qualiter pcedendū sit in inqsitōe
que fit ɔtra singularez psonā. R°. Pri
mo quidē sciendū q dz fieri i loco vbi
conuersatur psona de qua ē inquirēdū
.23.q.i.paratus.ex de elec.postq. z ex d
pscrip.quosdam. Citabit aūt ipse ɔtra
quē inquirendū est. z sic debz esse pñs
nisi per cōtumaciā se absentauērit. z dz
fieri corā eccle seniorib'. A. De istl se
nioribus non dicit in.c.allatl. sz bñ dic
Hoff. Et pōt itelligi de legitimis offici
alib' iudicis ingrentis. B. Itē exponē
da sunt ei illa capla de qbus fuerit in
quirendū vt facultatem hēat defendē
di se. Et non solū dicta testium sunt ei
dicenda: sed etiā nomina eoz: vt qd z
a quo sit dictuz appareat. z ne suppres
sione nominū detur audacia ifamādi
A. Dicit tamē Hosti. q cauti iudices
cōsueuerūt tradere depositōes sine no
minib' z noia sine dpositōib' pter te
stium euitāda pericula: vt in sū.cō.li.
3°.ti.31.q.6. B. Itē admittēde sunt ex
ceptōes z replicatōes legitie. Hec oia
ex de accu.qualr z quando.2°.z .5.q.2. si
pmates. Et talis quidem potest oppo
nere cōtra inquisitorem de suspecto. vl
q sit criminosus: z cōtra denunciatōez
A .i.denunciantem: vt in dicta.q.6. B.

vel litteras ad inquirēdū impetratas. ⁊ contra testes ⁊ dicta eoꝝ: ex̄ de accu. cum oporteat. ⁊ c. cum dilectus 2°. Naꝫ nō debēt admitti testes nisi legitimi: ex̄ de sen. ⁊ re iudi. cū I. ⁊ A. Item inq̄sitor debet facē iurare ⁊ testificari etiā illos qui denunciauerunt: ex̄ de simo. licꝫ heli. Secus est in via accusatiōis. quia accusator non potest esse testis: ex̄ de accu. cum P. Itē sciēdū ꝙ in nullo crimine pōt ꝓcedi ad inquirendum ex denunciatione nisi ꝑcesserit fratn̄a correctio: vt in dicto. c. licꝫ. de quo vide s̄. correctio fraterna. §. 5°.

¶ Qualr̄ ꝓcedēdū sit in inq̄sitōe gn̄ali: pn̄ta cū cōmittit̄ alicui inquisitio ecclesie tam in capite q̄ȝ in mēbris? R̄n°. Debꝫ ꝓcedi de plano ⁊ sine strepitu iudicii: cū non deceat seruos dei talibus implicari: ex̄ de accu. olim. nō ita ꝙ ordo iudiciarius oīno ꝑtermittat̄: sed ꝑ modū qui hēt̄ .i. iudicium. §. p̄. Item ī tali inquisitōe recipiunt̄ testes quales in eccl̄ia inueniunt̄: quia que domi fiunt ꝑ domesticos ꝓbari opꝫ: ex̄ de testi. veniens. 2°.

¶ In quo differt inquisitio quam fac̄ iudex ex officio ad clamorem fame: et ea ad quā ꝓceditur alio ꝓcurante siue ꝓmouente. R̄°. In multis. Nam cū ꝓcedit ex officio tunc is ꝯtra quem inq̄ritur cogendus est iurare ꝙ r̄ndeat ṽitatē ad interrogata. ⁊ hoc dico siue inq̄ratur ꝯtra determinatā personaꝫ siue cōtra conuētum. Si ṽo ꝓceditur alio ꝓcurante: non est aduersarius cogendus iurare: ne ꝓpter hoc ꝓmotor inq̄sitionis possit instrui: sed ipse tenet̄ ꝓbare suam intentōeꝫ. alit̄ puniet̄ suspēsione vel hꝰmodi. A. i. suspendet̄ ab officio ⁊ beneficio: vt in. c. cum dilectꝰ de quo. s̄. B. donec se purgauerit ꝙ n̄ aīo calūniādi crimina ꝓposuit: ex̄ de calū. c. cū dilectꝰ. Itē cum inquisitor ex officio ꝓcedit publicatis attestatōibꝰ pōt denuo ab aliis testibus iq̄rere: vt .2. q. 5. hēt. ⁊ c. mēnam. Cū ṽo alio ꝓcurante fit tunc publicatis attestatōibus n̄ recipiētur alii testes. q2 timet̄ de subornatōe. A. Idē in sū. cō. i dicta. q. 6. B.

¶ Que forma iuramenti testium i cā inq̄sitōis? R̄°. Si ē ꝯ ꝑsonā ⁊ crimen determinatū: iurat testis ꝙ sup̱ crimine dicet plenā ṽitatē: ex̄ de simo. lꝫ beli. Si ṽo est inq̄sitio sup̱ statu eccl̄ie: iurat de his dicere qđ scit vel credit ī ecclesia reformāda. vel ꝙ r̄ndeat ad int̄rogata: ex̄ de accu. cū dilectus. Et nota ꝙ in talibꝰ iuramētis non dꝫ nec solet iurari de occultis. Nā secretoꝝ solꝰ d̄s iudex ⁊ cognitor ē. dis. 32 erubescāt. 2. 2. q. 5. consuluisti. ⁊ solū deū hēt vltorem C. de iureiur̄. l. iusiurādi. A. hic vocātur occulta siue secreta ƀm Guil. ⁊ ī dicta. q. 6. nō solū secretū cōfessionis: sꝫ ⁊ oē crimē de quo quis nō est infamatus. Et addit ꝙ si aliq̄s infamatꝰ sit de aliq̊ crimine: puta de fornicatōe: ⁊ sup̱ hoc crimine fiat inquisitio: dꝫ testis etiam dicē secretas circūstantias q̈s nouit lꝫ iurauerit tenere secretum. Item ꝙ qn̄ fit inq̄sitio gn̄alis: tunc si de occultꝭ de q̄bus nō ꝑcessit īfamia aliq̄d dixerint testes nō valebit dictū eoꝝ: nec ille cōtra quē deposuerūt ꝓpter hꝰ erit puniendus: vt ex̄ de accu. inquisitōis. B.

¶ Qn̄ fit inquisitio ī aliquo monasterio: q̄s ꝓuidebit de expensis inq̄sitori vel monachis q̄ ꝓsequūtur ꝯ abbatē? R̄°. Pro oībus dꝫ ꝓuideri de rebꝰ mōasterii: ⁊ nō tm̄ denunciātibꝰ seu accusātibꝰ: sed etiā quos iudices ad ꝓsecutionē negocii idoneos duxerint assumendos: ex̄ de accu. ex parte. ⁊ c. oliꝫ. A. In his. c. nihil dici vr̄ de expēsis īquisitorꝭ sed alioꝝ ꝑdictoꝝ tm̄. B.

¶ An durāte inquisitiōe monachi debeant obedire abbati? R̄°. Debēt in licitis ⁊ honestis dūmodo non impediatur prosecutio negocii: extra de accu. ex parte. ⁊ c. olim.

¶ Nō pōt p̄latꝰ īferior suis subditꝭ int̄dicere ne reuelēt statū suuꝫ vel eccl̄ie sue aut ꝑsōaꝝ his q̄ missi st̄ ad īq̄rēdū cōrigēdū ⁊ r̄formādū: nec tenent s̄nie excōicatōis. suspēsiōis. vl̄ int̄dicti ꝯtra

huiusmodi late: nec etiā iuramēta vel ꝓmissiones ⁊ obligatões alie facte ad celandū. Insup ab inqsitorib⁹ talis temeritas aīaduersione digna ꝑcipit castigari: ex̄ de offi. ordi. q2 plerisq3. li. 6º.

¶ Postq̄ corā eo q̄ ꝯ aliquē sup certis crimibus iqsitor fuerat deputatus eadē crimina ille cōfessus fuit: nō pōt ipugnare cōfessionē quo min⁹ puniat: nec ideo pōt punitōem euadē dicēs q̄ super eisdē crimibus antea nō fuerat diffamatus. vel q̄ per eūdē inqsitorē capl'a super qbus volebat inquirere sibi tradita non fuerunt: ex̄ de accu. postq̄ lib. 6º.

¶ Si is cui ꝯtra te cōmissa fuit inqsitio sup certis crimibus ꝓcesserit ad vitatē inquirēdā omissa inqsitōe īfamie te pn̄te nec reclamāte aut qcq̄ super hoc excipiēte non poteris impugnare ꝓcessū ei⁹ ob h⁹. q2 nō fuit de īfamia pmutus inqsitū: ex̄ de accu. si is. li. 6º.

¶ Quis est effectus inqsitōis? R. Si inquirit ꝯtra ꝑlatū siue hn̄tem administratōem ⁊ cōuincit: pena eius ē remotio exemplo villici diffamati cui dictum est. iam nō poteris āplius villicare. Luc. 16º. ex̄ de accu. qualiter ⁊ qñ. 2º. Si vero nō hēt administratōem pena est arbitria ſm merita ꝑsone ⁊ q̄litatē excessus: ex̄ de accu. inquisitōi. i fi. ꝑmi rūsi. sed hoc fallit in crimibus enormibus q̄ ordinis executōem aut retentionē beneficii etiā post ꝑactā pniam impediūt: vt est in simoniaco in ordine ⁊ beneficio: ex̄ de accu. inqsitōis. In his .n. sic est sicut in accusa tōibus in iudicio ꝓcedēdum: vt in dcō. c. inquisitiōis A. Effectus aūt inqsitionis est qa iducit degradatōem. Denunciatio vo ad pniam: vt pōt colligi i dicto. c. qualiter ⁊ qñ. ⁊ nōtur in sū. con. li. 3º. ti. 31. q. 4. ſm Ray. B. Que aūt dicant crimia enormia: vide s̄. enormia. ⁊ s̄. crimen. De inquisitorib⁹ hereticoꝝ hēs s̄. hereticus ꝑ. §. 4º. ⁊ heretic⁹ 2º. §. 16º. qui icipit. Inquisitores i certis ꝓuinciis: cū sequētibus. ⁊ hereticus 3º. per totum.

Nscriptio.

Qui accusat aliquē dꝫ se inscribere. i. ad penā talionis si non ꝓbauerit obligare: vt sup accusatio. §. 2º.

¶ Utruꝫ inscriptio sit semper necc̄ia. R. Qñ crimē nō opponit directe per modū accusationis vl' dn̄ūciatiōis. A. Quādo opponeret ꝑ modū denunciationis: etiā tunc nō est necessaria iscriptio: sed caritatiua monitio: ex̄ d̄ accu. qualr ⁊ qñ. 2º. B. sed ꝑ modū exceptionis: vt cū obiicitur accusatori vel testi ad h⁹ vt ab accusatōe vl' testificatōe repellatur: vel electo vt a ꝓmotōe excludat: non ē necessaria inscriptio. Sed si obiiciat iam confirmato: puta in cōsecratōe: obiiciens debet se obligare ad penam extraordinariā ad arbitriū iudicis circa vinculū inscriptōis. Nā electus crimine sic ꝓbato perdit qd̄ per electōnē ⁊ confirmationē ei fuerat acquisitū sed ꝑus habita non amittit: ex̄ d̄ accu. super his. ⁊. c. qualiter ⁊ quādo. 2º. in fi.

Nstitutio.

Capitulū sede vacāte pōt admittere ⁊ instituere i bn̄ficiis pn̄tatos a patronis si sint idonei: lꝫ al' talis admissio ⁊ institutio ad epm̄ pertinēt: tamē sede vacante non pōt cōferre beneficia q̄ ad collatōꝫ epi ꝑtinent: ex̄ de insti. c. ꝑ. li. 6º. Instituere heredes quomō teneat testator vide .t. testamētū 2º. §. ꝑ. per totum.

Nterdictum pº.

cōiter. Interdictū aliud ē gn̄ale: aliud particulare. Generale dicitur quādo generaliter interdicitur regnū aut ꝓuincia siue etiā ciuitas aut castꝝ A. aut villa: vt in. c. cum in partibus. de quo. i. B. Et intelligēdum ē gn̄ale i hoc casu etiā si iterdicat terra alicui⁹ qui nullā hēt integrā: sed tn̄ ꝑ parte. Particulare vo qñ de multis eccl'iis vna vel pauce interdicuntur: ex̄ d̄ v. sig. cum in partib⁹. A. Idem i sū. con. li. 3º. ti. 33. q. 222. ⁊ se. B.

¶ Quid ē dicē: inīdico tale locū? R̄n° bm Inno. Nihil aliud ē dicere q̄ inīdicere ibi hoīes hitātes a cert| sacris ibi accipiēdis: ⁊ a sepultura. ⁊ q̄ clici ibi publice celebrare ⁊ sacra conferre phibētur. A. Sic g° interdictū ē qdā ecclesiastica censura q̄ qs phibet a participatōe quozūdā sacroꝝ ⁊ diuinoꝝ ⁊ sepltura. Et ad hoc facit qđ hētur in sū. co. eo. ti. q. 220. Qnq̄ aūt ponitur ⁊ p alijs particularib⁹ phibitōib⁹: vt cū alicui inīdicit ingressus eccle: ex̄ ꝰ sen. exco. is cui. li. 6°. B. locus. n. p se nō est i culpa: nec ē sacroꝝ pceptibilis.

¶ Interdictū bm Inno. Hosti. ⁊ Ber. nō pōt poni sine rōabili cā. sicut nec cessatio a diuinis: vt dictū est s̄. cessatio. §. p. ⁊. 2°. ex̄ eo. cū medicinalis. li. 6°. ⁊ ex̄ de his q̄ fi. a ma. par. ca. q̄siuit. Quā decre. Inno. ⁊ Hosti. intelligūt q̄ snia interdicti nō est ferēda pter culpaꝫ alicui⁹ pticular| persone: sed pter culpā vniuersitat|: nisi cū sit dn̄s loci: ex̄ de spon. non est nobis. ⁊ ex̄ de offi. dele. sane. Vn̄ pōt fieri pter delictū dn̄i: siue capl'i: siue alic⁹ cōitatis. A. Idem i sū. con. li. 3°. ti. 33. q. 227. B. Sed h̄ nō. q̄ nl'lus locus pōt inīdici auctoritate ordinaria vel delegata p pecuniario debito vel p cuiusuis pecunie quātitate: al'n̄ tenet nisi fieret de aplice sedis spāli ⁊ expssa licentia. Hoc Bonifacius octauus in qdā extrauagāti q̄ incipit. Proinde attēdētes.

¶ Vtr̄ inīdictū possit iponi non pcedente admonitōe. R̄° bm Inno. Si imponatur p culpa q̄si pena siue penitētia: tunc pbata culpa vel notoria ext̄te imponi pōt sine vlla admonitiōe etiā penitēti ⁊ correcto: sicut inuenit de sententia suspēsionis q̄ fert otra delinqntem ⁊ non cōtumacē siue monitū. 5. q. 4. in loco. A. Sed bm Hosti. hoc itelligit de pena quā quis ipso facto incurrit a canone statutā. nā tunc nō oꝫ pcedere monitionem. Sec⁹ aūt si ab hoīe iponat p pena. q2 tūc admonitio debꝫ pcedere: ex̄ de coha. cle. ⁊ muli. c. sicut. vt ⁊ nōt in sum. con. eo. ti. q. 231. B. Sꝫ qn̄ p otumacia ifert nō oꝫ iferri nisi ꝯ incorrigibilē otumacē ⁊ tūc oꝫ admōitio pcedere: ex̄ de appel. rephensibilis

¶ Que differētia ē int̄ inīdictū ⁊ excōmunicatōem aut suspēsionē? R̄n° bm Ray. Pro q̄ lo qndo excōicat persona. xi. q. 3. certū. ex̄ de v̄bo. sig. ex parte. Et qdem si est maior separat nō solū a sacramētis: sed etiā a cōione fideliū: vt s̄ excōicatio. p̄. §. 2°. sed vniuersitas nō excōicat: vt dictū est s̄. excōicatio p̄. §. 32° q incipit. vniuersitas. A. Illum. §. quotaui. p. 29°. B. Suspendit quoq̄ psōa ⁊ qnq̄ qdeꝫ a bn̄ficio. qnq̄ ab officio. qnq̄ ab vtroq̄. 2. q. 5. p̄s byt. ex̄ de pur. ca. int̄ sollicitudines. Inīdicit v̄o qnq̄ ipse locus: vt regnū. ciuitas. castrū. vel eccl'ia: ex̄ de v̄b. sig. cū in partib⁹. Sitr̄ aliqn̄ inīdicit vniuersitas: vt cler⁹ vel ppl's: ex̄ eo. si snia. li. 6°. A. Idē in sum. cō. eo. ti. q. 229. B. Et nihil ē aliud q̄ separatio a certis sacris: ⁊ oibus diuinis officiis: ⁊ eccl'iastica sepultura: vt ex̄ de spon. non est nob. ex̄ de pe. ⁊ re. q̄ in te. Et de hac mā plene hētur. i. inīdictū 4°. §. p̄. 2°. ⁊. 3°. ⁊ aliqd dictū est s̄. §. 2°.

¶ In quo ꝯueniūt excōicatō inīdictū ⁊ suspēsio. R̄° bm Hosti. in plibus. Primo qdē quia sicut excōicatio debet fieri in script| otinētib⁹ cām. ⁊ cui⁹ scripture exemplū tenet iudex excōicato tradere ifra mēseꝫ si fuerit reqsit⁹: ꝯ qua requisitōe oꝫ fieri publicū instrm̄ vel antētice lr̄e. Iudex aūt h⁹modi ostitutionis violator p mēseꝫ vnū ab ingressu eccl'ie ⁊ a diuis suspēsus ē. ⁊ supior ad quē recurrit oꝫ ipam sniam relaxare ⁊ excōicatorē ad inīesse odemnare. Idem per oīa est in sententiis suspēsionis ⁊ interdicti. ⁊ de hoc habes s̄. excōmunicatio p̄. §. 8°. A. q icipit. quō debꝫ B. ex̄ eo. cum medicinalis. li. 6°. 2° q̄ snia excōicatōis inīdicti ⁊ suspensiōis non releuatur per sequētē appellationem: sed bene per pcedenteꝫ: ex̄ ꝯ appel. ad hoc qn̄. ⁊. c. pastoralis. ⁊ ex̄ eo. is cui. li. 6°. 3° q̄ ligati aliq̄ snia de pdict|

nec eligere nec eligi possūt: ex̄ de app. ɔstitutus p̊. ꝛ ex̄ ꝺ ɔsue. cū dilect⁹. ꝛ ex̄ de excep. apl'ice. ꝛ ex̄ de elec. cuꝫ inter. 4° q꞉ nullus dictoꝝ dꝫ celebrare dīna: ex̄ de cle. exco. mini. c. 2°. ꝛ. c. postulasti. §. fi. 5°. q꞉ tales sn̄ias dꝫ monitio p̄cedere qđ itellige: vt s̄. §. 4°. A. cū additione sua. B. ꝛ ar. ex̄ de sen. exco. si canonici. li°. 6°. A. Potius ē sub rubrica de offi. ordi. eo. li°. B. 6°. q꞉ qlibet eoꝝ iurat an teq̄ꝫ absoluat non ampli⁹ ɔtrauenire. Et i oibus pōt fieri relaxatio ad caute lā: ex̄ eo. venerabili. nisi eēt interdictū gnāliter ꝓmulgatū: in quo nō hꝫ locū relaxatio ad cautelā: ex̄ eo. p̄n̄ti. lib°. 6°. 7° q꞉ talis sn̄ia ē etiā a superiorib⁹ obs̄ uanda: ex̄ de offi. or. cū ab eccl'iaꝝ. 8°. q꞉ nullus eoꝝ durāte sn̄ia pōt testificari ex̄ de excep. apl'ice. ꝛ ex̄ de testi. veniēs. in fi. 9°. q꞉ supior nō dꝫ ipas sn̄ias reuo care vel ꝓnunciare nullas eē nisi voca tis ptibus: ex̄ de appel. romana. §. pl'r. li°. 6°. A. salua ꝯ̄ria ɔsuetudine quo ad relaxatōem si hētur: vt in. c. romana. ꝺ sen. exco. li°. 6°. B. x°. q꞉ illi q ꝑ p̄uilegi um sunt recepti ī ꝓpōs ꝛ spāles roma ne eccl'ie filios: lꝫ ꝓpter hoc nō sint exē pti: tn̄ sicut nec excōicati: sic nec int̄di ci nec suspendi possunt ab alio q̄ꝫ a ro mano pontifice vel legato a latere: ex̄ de ꝟbo. sig. veniēs. li°. 6°. xi°. q꞉ oēs p̄dc̄e sn̄ie noīe censure eccl'iastice cōtinētur ex̄ de ꝟb. sig. querēti. A. Io. Inno. vt ī sū. con. eo. ti. q. 231. vbi p̄dicta nōnt. B.

¶ Quis pōt int̄dicere? R. S̄m Inno. ꝛ Hosti. Quilibet p̄latus habēs iurisdi tionē ordinariā. Quilibꝫ etiā hēns iu risditionē delegatā pōt interdicē eccle siā terrā vel personā ɔtumacē sue iuris ditionis: etiā si ɔtumax sit eps̄: extra ꝺ offi. del'. sane ꝗa. diocesan⁹ tn̄ non dꝫ su spendere seu interdicē cl'icos seu eoruꝫ eccl'ias perpetuo: vl' ad longū tp̄s: nisi de cōsensu capituli: ex̄ de exces. pla. c. p̊ A. Ibi nō dr̄ de isto tp̄e longo vl' i per petuuꝫ. sed hāc limitatōem ponūt dci Inno. ꝛ Hosti. Nā vt ait idem Hosti. mirū eēt ꝙ eps̄ sine iudicio capl'i non possꝫ suspēdere vl' eccl'ias iterdicē: cuꝫ nō tantuꝫ delegatus solus: sed etiā sub delegatus per se valeat excōicare: vt extra de offi. dele. ex litteris: vt ꝛ notat̄ in sum. con. eo. ti. q. 228. B. Et hoc ma xime quādo ꝓcedit ex officio suo: quia tunc cū maiori deliberatione ꝓceden dum est. Sed regulariter ꝛ de iure ꝛ ꝺ consuetudine sentētia pastoris solius timenda est ꝛ tremēda. xi. q. 3. c. p̊. 16. q. 7. visis. extra de offi. ordi. cum ab eccl'aꝝ. Item interdicere potest electus cōfir matus licet nonduꝫ consecratus: quia hoc est iurisditionis. extra de elec. trās missam. Item sede vacante interdicē potest capituluꝫ: extra de maio. ꝛ obe. his que. ꝛ. c. cū olim. ꝛ extra de hereti. ad abolendam p̊ rn̄so. Abbatissa vero interdicere non potest: vt dictum ē s̄. abbatissa. §. 3°. A. Predicta etiam no tantur in dicta. q. 228. B.

¶ Quis potest interdici? R. Sicut potest colligi ex. §. p̄cedenti qlibꝫ sub ditus vel etiam terra vel eccl'ia pōt in terdici a suo p̄lato: aliter sn̄ia a nō suo iudice lata non tenet: extra de offi. del'. sane 2°. ꝛ extra de iudi. at si clerici. Exē pti vero a p̄latis non possunt ab eis in terdici. Si tamē ille qui est exemptus ex vna parte haberet aliquod benefi cium rōne cuius nō esset exemptus: in hoc sui diocesani sententiis subiacet: extra de p̄uile. cum capella. Prohibet̄ etiam ꝙ in odiū exēptoꝝ vl' in fraudē p̄uilegiorū non interdicātur vel excōi centur vendētes illis: vl' ab eis emen tes aut eis cōicantes. al' ɔtra faciētes puniendi sunt: extra de p̄uile. quanto. A. Idem in sum. con. eo. ti. q. 229. B. Sunt tamen casus in qbus exēpti sub sunt diocesanis in quibus possunt eos interdicere siue punire ꝛ condemnare: quos hēs s̄. exemptus. §. 5°. Iteꝫ nō pos sunt interdici nisi a papa illi q̄ sunt spā les eccl'ie filii: vt s̄. §. 6°. dictuꝫ est. in fi.

¶ Priuilegia ꝙ aliq non possunt ex cōicari vel terre eoꝝ interdici cōcessa singularib⁹ ꝑsonis eccl'iasticis vl' icl'a

ribus non extēdunt ad sn̄ias epoꝝ: qꝛ
ipsi pn̄t tales excōicare ꝛ interdicere.
A .Ter.c.i.allegati non dicit epoꝝ:sed
gn̄aliter ordinarioꝝ. B .nisi fuerit cō
cessa regibus.reginis.vl' eoꝝ filiis. vel
religiosis nō rōne personaꝝ:sed rōe or
dinis vel locoꝝ:ex̄ de p̄uil.ne aliqui.
li°.6°.

¶ Sub q̄ forma vboꝝ dꝫ poni interdi
ctum: R°. Forma hec est.vl' siles.Nos
pp̄ter talē cām ecclīam siue terraꝫ ta
lē supponim' in̄dicto:ex̄ de vb.sig. cū
in partib'.ꝛ ex̄ de offi.dele. sane.2°. Ad
dunt etiā cōiter iudices dicētes: eccl̄ia
stico supponim' interdicto: vt Inno.
dicit.ꝛ hoc ad differētiam interdicti le
galis:de quo trāsim' ad pn̄s. Pōt etiā
sn̄ia interdicti ad volūtatē iudicis det
minari:puta vt interdicat missam cuꝫ
cātu vel vespas.vl' sepulturā ꝛ h'mōi.
Pōt etiā iudex ab interdicto excipere
ꝛ subiicere quos vult:ꝛ quādo vlt: pu
ta quādo dn̄s terre ibi fuerit pn̄s ꝛ h'
modi:ex̄ de spon.non est nobis. A. Idē
in sum.con.eo.ti.q.232.ꝫm Inno. ꝛ Ho
sti.Et addunt ꝙ si p̄sona esset iterdicta
vel suspensa p̄ culpa sua nō posset de
licētia alicui' celebrare nec suspēdi in
terdictū vel suspēsio. Sꝫ si suspēsa vel
interdicta esset ob culpā alteri': quod
aliquādo fit:dici pōt sicut de iterdicto
loci ꝙ talis sn̄ia suspendi pōt. B.

¶ Ān sn̄ia iterdicti obliget? R°. Suf
ficit sn̄iam interdicti publice p̄mulga
ri:nec postea necesse est eā singuloꝝ
auribus inculcare. Sufficit etiā cū qs
scit vicinos suos maxime metropolita
nam ecclīam recepisse sn̄iaꝫ ꝛ seruare:
ex̄ de postu.pla.c.p̄. A .Idem in sū.cō.
eo.ti.q.261.ꝫm Hosti. B. Insup oēs re
ligiosi tam exēpti q̄ non exempti q vi
derint vel sciuerint matricē loci ecclīā
A .i.maiorē seu baptismalē:vt pꝫ per
glo.in cle.ex frequētibus:de qua.ī.vbi
idē dicit de cathedrali. B .seruare qd̄
cunq; in̄dictum positū auctoritate se
dis ap̄lice vel ordinarioꝝ debēt ꝛ ipsi
seruare.aliogn non seruantes icurrūt
excōicatōem ipso facto. Idē etiā in in
terdictis ꝛ cessatōib' a diuis indictis p̄
statuta p̄uincialiū ɔciliorꝝ.vel epoꝝ
auctoritate. Idē in generalib' cessatōi
bus a diuis.ciuitatū.terraꝝ.ꝛ alioꝝ lo
coꝝ quas aliquādo ex ɔsuetudine.ca
pitula.collegia vel ɔuētus secularium
aut regulariū ecclīarū sibi vēdicāt h°
non obstantib' qbuscunq; appellatiōi
bus antea etiā ad sedē ap̄licam vel ad
alium interiect].ꝛ aliis obiectōibus q
buscūq;: vt in cle.ex frequētib'.de sen
ten.exco.

¶ Si sn̄ia interdicti p̄ferat in clerū.
non tn̄ p̄pter hoc intelligit pp̄lus iter
dict'.nec eɔ°. Cū vno ipoꝝ iterdicto
ali' licite admittit ad diuina:extra eo.
si sn̄ia.li°.6°. Cū vero alicui' terre pp̄ls
est interdict': singlares ei' persone in
telligunt iterdicte vt i dcō.c.si sn̄ia .§.
fi. In gn̄ali quoq; interdicto alicui' ter
re clici lꝫ teneat illud obseruare. tn̄ eo
rū persone nō sūt iterdicte ꝫm Guil.ꝛ
Inno.ꝛ iō alibi exn̄tes i nullo tenētur
vt.ī.interdictū 2°.§.fi. A .Idē in sum.
con.eo.ti.q.264.Et addit ꝫm eū.Inno.
ꝛ Gonal.ꝙ si familia alic' iterdiceret
ꝛ clici eēnt d ei' familia.ꝙ ꝛ ipi iterdi
cti essent:nisi sp̄alr exciperetur. B.

¶ Utrū sn̄ia iterdicti suspēdi possit ita
ꝙ liceat celebrare diua. R°. ꝫm Hosti.
ꝛ Inno. Ān loc' vel eccl̄ia iterdicit: ta
lis sn̄ia suspēdi pōt.ꝛ tūc licet ibi cele
brare.ex̄ de p̄uil.vt p̄uilegia. Ān vo ē
interdicta p̄sona seu suspēsa.si factum
ē p̄ culpa suspēsi vl' interdicti:nō possꝫ
de licētia alicui' celebrare nec iterdi
ctū vl' suspēsio suspēdi. Si vo factū es
set p̄pter culpā alteri': qd̄ aliqn̄ fit.vt
.17.q.4.miroꝛ.ꝛ.c.felix. A .Hoc.c.felix
nō vr̄ ibi hr̄i. B .tunc dici pōt sicut de
interdicto loci ꝙ talis sententia suspē
di pōt p̄ epm sicut ꝛ tolli.

¶ Quid si infra tempus suspensionis
vel interdicti appelletur? Respondeo
ꝫm Hosti. Appellari potest a suspēsa
sententia sicut a conditionali. extra
de appel.preterea.et.c.dilectis.vo. veꝝ

dicim⁹. ⁊ idē in sñia suspēsionis. Secus
aūt in sñia excōicatōis cui⁹ effect⁹ nun
q̄ pōt relaxari ad tps nisi oīno tollat:
ex̄ de sen. exco. cuꝫ desideres. i pncipio.
A. Idē in sū. con. eo. ti. q. 233. B.

Interdictum 2º

.s. spāliter: qd̄ ponit in aliquā
terraꝫ. Ubi sciendū ꝙ cū dr̄. intdicim⁹
terram talis regis vel dn̄i: sm Inno. ⁊
Hosti. intelligit oīs terra q̄ iurisditiōi
sue subest tpe late sñie. ⁊ silr qui in cri
mine sibi fauet. Lon. Ber. Si ꝟo post
sñiam terrā emit: non est intdicta: nisi
sñie lator exp̄sserit sue itēdēit tā ō ea
quā hꝫ q̄ ō ea quā hitur⁹ eēt. Si ꝟo vē
dit suā remanet illi terre on⁹ intdicti
donec relaxet: vt ponit Hermān⁹ i tra
ctatu de intdicto: ar. ex̄ de postu. pla.
ad hec. A. Idem in sum con. eo. ti. q.
225. ⁊ se. B.

Quid si dn̄s tpalis supponat terraꝫ
suam ⁊ ꝓroget in se iurisditionē alic⁹
epi: an possit terra eius ab illo interdi
ci? R. sm Hosti. Si ordinarius cōsen
serit i ꝓrogatōem. tūc planū ē ꝙ pōt:
ex̄ de foro cōpe. significasti. Sꝫ si nō cō
senserit: adhuc puto ꝙ possit: ⁊ clerici
tale interdictū seruare tenent: ex̄ ō iu
reiur. ex rescripto. ⁊ de offi. del. P. ⁊ B.
Licꝫ. n. laicus p spālē ꝯuētōem nō pos
sit supponē aliis ecclīas vel personas
ecclīasticas terre sue: tamē cū vniuer
sitate tacite transeunt. A. Idē in sum.
con. eo. ti. q. 230. B.

Si ciuitas castrū aut villa sunt int
dicta illoꝝ sburbia ⁊ ꝯtinētia edificia
intelligūtur iterdicta: ex̄ eo. si ciuitas.
li. 6º. At ꝟo noie ciuitatis intelligit qd̄
muroꝝ ambitu ꝯtinet: vt ibi dicit.

Nūqd hoies de terra iterdicta pos
sint audire alibi dina? R. Si est intdi
cta ꝑpter delictū dn̄i vel rectoris: tunc
ciues qui culpabiles non existunt pn̄t
extra ipam licite interesse diuinis: nisi ⁊
ipsi fuerint iterdicti ꝑpter dn̄m puniē
dū in eis: qꝛ tunc etiā alibi non possūt
interesse diuinis: sicut ⁊ non possunt si
ꝑpter culpam illoꝝ positum fuit int
dictum: ex̄ eo. si ciuitas. li. 6º. Et idē itel
ligēdum si aliquis de ipis hoibus alio
transfert domiciliū. Et eodem mō itel
lige de clericis alicui⁹ terre intdicte: qꝛ
si culpabiles nō existūt: nec fuerint ip
si interdicti: pn̄t alibi celebrare dina.

Interdictum 3º

.s. in aliquā eccl̄iam. Ubi p̄ sci
endum ꝙ si eccl̄ia interdicit: nec in ca
pella eius celebrari: nec i cimiterio po
terit aliqs sepeliri si ipa capella vel ci
miteriū sint eccl̄e coniuncta: al̄s sec⁹: ex
tra eo. si ciuitas. li. 6º.

Quid si aliqs scient celebrat i eccle
sia aut q̄cūꝗ loco intdicto? R. Nisi sit
ꝑuilegiat⁹ in hoc vel nisi in casib⁹ a iu
re concessis celebret: irregularitatē in
currit: a qua non poterit nisi per papā
absolui: nec pōt eligi nec eligere. extra
eo. is qui. li. 6º.

Interdictū quarto

.s. quid ꝓhibet vel concedi
tur tpe intdicti. Et p̄ quidē nulla dina
officia ꝑmittuntur: extra de pe. ⁊ re. ꝙ
i te. ⁊ extra de spon. non est nobis. Sed
hoc in 6º eo. ti. c. alma. tēperat multum
hoc modo. ꝙ singulis dieb⁹ i eccl̄iis ⁊ i
monasteriis misse celebrent: ⁊ alia di
uia officia submissa voce ianuis clau
sis. excōicatis ⁊ intdictis exclusis. cāpa
nis etiā nō pulsatis: ita tn̄ ꝙ nullos ali
os etiā si aliūde veniāt debēt admittē
nisi illi sint sup hoc ꝑuilegiati: ex̄ de ꝑ
uil. li. 6º. ita ꝙ tā canonici q̄ clerici ec
clesiaꝝ in quib⁹ distributōes q̄tidiane
tribuunt illis q intsunt horis: si nō ve
nerint amittāt eas sicut amitterēt si n̄
eēt intdictū: ita ꝙ solū in festiuitatib⁹
.s. natalis. resurrectōis. pēth. ⁊ assūptio
nis beate Marie. A. Idē est hodie ēt
de festo corpis xpi ⁊ ei⁹ octaua: sicut ē
statutū per Martinū q̄ntū ⁊ Eugeniū
q̄rtū: vt pꝫ per extuagātē q̄ incipit. Ex
cellentissimi. B. campane pulsentur
⁊ ianuis aptis alta voce dina celebrēt

excõicati exclusis. interdictis admissis: ita tñ q̄ illi ppter quos platum est in terdictū altari nõ appropinquēt: non obstantibus gbuscūq̧ priuilegiis q̄ re uocant̃: q2 sufficere dz oib' q̄ celebret̃ vt dictum ē. Hec oīa in p̄dicto.c. alma Item nõ q̄ tpe gnālis interdicti pōt con fici chrisma ī die cene: ex̄ eo.qm̄.li.º 6.º

¶ Utrū tpe interdicti ministrari possint ecclīastica sacra. R.º Non.ex̄ de sen.ex. rn̄so. Et hoc multas recipit exceptiões Nam p̄ gdem excipit̃ baptism' cathe cismus z ɔfirmatio nõ solum paruulo rum: vt in dicto.c.rn̄so.sed ēt adultorū ex̄ eo.qm̄.lib.º 6.º Item excipit̃ pnia nõ solum morientiū: sed etiā viuorū z sa norum: dum tamē non fuerint excõica ti qui non pn̄t admitti nisi in morte: et exceptis illis ppter quoꝝ culpā vl' do lū lata est sn̄ia interdicti. vl' qui p̄bue runt consilium auxilium vel fauorem si non p̄us satisfecerit vl' de satisfacien do dederint idoneam cautõem. aut si hoc non possunt nisi iurauerint q̄ cuz poterūt satisfacient: z ad satisfactõem faciendā per illos qui tenentur dabūt consilium z auxiliū z p posse labora bunt. Nec ppter aliquod p̄dictorū dz fieri relaxatio interdicti: vt ex̄ eo.alma. li.º 6.º Item excipit̃ eucharistia quo ad decedētes: ex̄ de pe.z re.q̄ in te. negat̃ extrēa vnctio: vt in dicto.c.q̄ in te. A. Melius facit.c rn̄so.ex̄ de sen. exco. et idē nõ. in sum.con.li.º 3.º ti.33.q.235. B. Ad ordines aūt non poteit laic' loci in terdicti pmoueri Secus aūt de his g erant clerici nec sunt interdicti. A. nā tales ad alios ordines poterūt pmoue ri: s3 eū. Inno.z in dicta.q.235. B. Ma trimonia v̄o sm Inno.fieri pn̄t apud interdictos: q2 z apud īfideles ɔtrahunt̃ 26.dis.deinde: nõ tñ dz fieri bn̄dictio nu ptiaꝝ: sm Hosti. A. Idē in sū.con.eo. ti.q.137. B.

¶ Utrū tpe gnālis īterdicti ɔcedat̃ eccle siastica sepultura. R.º sm Inno. Quā do in interdicta cõiter aliq̄ t̃ra vl' aliqua vniuersitas denegat̃ laicis ecclīastica sepultura: etiā si pniam acceperit: ex̄ de pe.q̄ in te.q2 interdicti sūt etiā si pec catores non sūt.24.q.3.si hēs.17.q.3.mi ror. S3 illi g inter p̄dictos excõicantur etiā si ab ipa excõicatõe absoluant̃ re manent tñ adhuc interdicti donec solua tur interdictū. Si tñ in morientib' appa ruerint signa pnie z postea fuerit solu tū interdictū: tunc taliū corpa erūt apō ecclīam transferēda: ar.ex̄ d̄ sen.exco. cū illoꝝ. A. Meli' eo.ti.c.2.ª B. Et si apud ecclīam stante adhuc interdicto sepulti fuerint: non erūt postea exhu mandi: cum ad eū statum venerit res a quo incipe potuit. Et p h'modi inter dicti.s.qui penituerūt: l3 mortuaria re cipere: ac p eis orādū est.xi.q.3.gcunq̧ S3 si nõ penituerit: nec p eis orādum est nec mortuaria recipiēda sūt.80.dis. .c.fi. A. Idē in sum.con.eo.ti.q.250. B. Clicis v̄o qui in tali gnālitate nõ sunt interdicti non negat̃ ecclīastica sepul tura. sine pulsatõe tñ campanaꝝ z ces sante omni solēnitate: vt in dicto.c q̄ i te. S3 q̄ ibi dr̃ cū silentio: nõ vr̃ hodie intelligēdū de silētio funeralis officii q2 cū cõcedat̃ qd̄ maius est.s.dicere ho ras z missas submisse: vt in p̄.§. dictuz est. z de officio funerali cõcedi videtur

¶ Utrū qn̄ ecclīa est singl'arit̃ interdicta illi de pplo possint alibi eligē sepultu rā. R.º sm Inno. Si est interdicta ī penā ppl'i etiā si multi ex eis non deliq̄runt. s3 forte vniuersitas vel maior ps. vel forte q2 deligt dn̄s z in hoc punit̃: tūc parochiani non possunt ī alia ecclīa ēt non interdicta eligere sepulturā: nisi for te ex priuilegio: ex̄ de priu. vt priuilegia. Si v̄o est interdicta ppter delictum cli coꝝ tm̄. vl' ppter hoc q̄ violata fuerit tūc prochiāi pn̄t ī alia eccl'a n̄ interdicta eligē sepulturā z audire dina. A. Con. Hosti. vt in sū.cõ.eo.ti.q.250.ī p̄n.º B.

¶ Utrū oēs interdicti vitandi sint. R.º sm Inno. Hosti.z Ber. In dinis offici is vitādi sūt oēs illi g ppo noīe vl' alia certa circūlocutõe p sn̄iam designant̃ g z dicunt̃ noīatim interdicti in Insti.de

exhere.li.§.noiatim. Item vitandi sūt
tanq̄ȝ noiatim intdicti oēs illi de qbus
ↄstat ꝙ interdicti sunt: vt si ciuitas vł
castrū intdicit. Si vero iterdicant fau
tores siue participātes in crimie: nō di
cunt noiatim intdicti: sed tm̄ in genere
Vn̄ tales nō tenet quis euitare q̊usq̄ȝ
ꝑ iudicē specificēt ꝛ iudicent: nisi forte
eoꝝ ꝑticipatō eēt mltū notoria: ita ꝙ
ificiatōi non eēt locus: ex̄ ͦ coha. cle. ꝛ
mu. tua nos. A. Idē in sum. con. eo. ti.
q. 236. B.

¶ Quādo cōcedit alicui persone singu
lari: vt tpe iterdicti possit celebrare et
audire dina i voce submissa: tunc eius
familiares ad audiēdū cum illa ꝛ cele
brādum sibi admittūtur. Sȝ non sic ͦ
familiarib' alicui' collegii: qꝛ nisi ꝑui
legiati fuerint admitti nō debēt. Tali
quoq̄ȝ ↄcessione nō pōt gaudere ille cu
ius culpa dolo vel fraude fuit snia la
ta: seu qui ad perpetrādū ipm̄ delictū
ꝑbuit ↄsiliū auxilium vł fauorē: ex̄ de
ꝑuil. licȝ. li. 6.

¶ Epi qui sunt in via possunt secū fer
re altare portatile: ꝛ facē sibi celebra
re vbicunq̄ȝ fuerint nō obstāte interdi
cto: ex̄ de ꝑuil. qm̄. li. 6. Epi quoq̄ȝ non
incurrūt ipso facto sniam iterdicti: vt
s. eps. §. 5. A. qui incipit. episcopi ꝛ su
periores. B.

¶ An i locis exēptis celebrari possit tē
pore interdicti gn̄alis. R. Nō. nisi sic
in aliis: ex̄ eo. alma. in fi. ꝛ de ꝑuile. au
ctoritate. hec li. 6.

¶ Sed nunqd ex sola cōsuetudine pōt
aliquis venire ͦ iterdictū? R. Non. ex̄
de ↄsue. cū inter. A. Idē in sum. con. e.
ti. q. 243. bm Inno. ꝛ Hosti. B.

¶ Utrū tpe intdicti liceat secularib'
extra eccliam audire vł auscultare of
ficiū qd̄ fit in ecclia. R. bm Hosti. Ex
cōicatis ꝛ interdictis nō licet audire:
neq̄ȝ clicis licet ita alte celebrare ꝙ de
foris possint audiri: nec ē eis pax portā
da: aut fenestra vł ostiū aperiendū ad
vidēdū corp' xpi: vel ad offerēdū post
euāgeliū. Hec colliguntur ex̄ de pe. ꝙ
in te. Cō. satis Ray. ꝛ Guil. Et idē dicit
Guil. ꝙ nō ꝓhibētur sclares audire ho
ras q̄ ex̄ eccliam siue ꝑ viā dicunt. A.
Con. cū Guil. Monal. vt pȝ in sum. cō.
eo. ti. q. 260. B.

¶ Nūquid tpe intdicti possit sacēdos
bn̄dicē perā ꝛ baculū ꝑegrinoꝝ? R. bȝ
Guil. Cū non reperiat esse ꝓhibitū vi
detur eē cōcessum. A. Idē in sum. con.
eo. ti. q. 247. B.

¶ Quid si ꝓpter fauorē ꝛ ad instantiā
aliquoꝝ positū ē iterdictū ꝛ illi nō ser
uant sed allegant ꝙ hēant ꝑuilegia ꝛ
h'. R. Neq̄ȝ alii seruare tenētur: ne de
alioꝝ fletu ipi ridere videant: ex̄ de ꝑ
uil. petistis. A. Verꝝ est si ꝑuilegiati ex
cesserint terminos suoꝝ ꝑuilegioꝝ i ob
seruantia intdicti: vt pȝ in eo. c. petistis.
Hec etiā nōntur i sum. cō. eo. ti. q. 249.
vbi etiā addit bm Hosti. ꝙ si aliq po
nunt vel poni ꝓcurant interdictū: vt
postea ipsi soli celebrēt: ꝛ ad ipos ppl's
cōcurrat a qb' oblatōes accipiāt ꝛ alie
ecclie defraudent: istis celebrare nō li
cet occasione sui ꝑuilegii. B.

¶ Quō clici in officio violēt iterdictū
R. bm Inno. Clicus violat iterdictuȝ
vn̄ officiū vel ordinē exequit i missa n̄
solū celebrādo vt sacerdos: sed etiā ca
licē offerendo vt subdiacon': vel vrce
os siue āpullas vt acolit': ꝛ h'. Silr et
celebrādo ꝑncipalr. A. i. quasi in offi
cio suo: vt in. c. si qs eps: de quo. i. B.
vesperas ꝛ matutinas ꝛ h' modi. xi. q.
3. si quis eps. in fi. A. Immo i medio
ꝛ est. c. si qs eps. 2. Sȝ ꝛ in ꝑ de hoc ali
qd dr. Et hoc ē veꝝ siue qs vtat officio
ordinū maioꝝ siue minoꝝ bm Inno. ꝛ
in sum. con. eo. ti. q. 251. B. nec credim'
irregularitatē vel suspensionē icurrē
q officio interest ēt si cantet cū aliis:
nō tn̄ celebrat nec aliud in officio suo
agit cum hoc nusq̄ȝ inueniam: lȝ peccȝ
Et intelligēdū nisi hoc faciat ex contē
ptu: bm Hosti. ex̄ de exces. ꝑla. tanta.
A. Dicit etiā Hosti. ꝙ tunc talis q int
est officio ab irregularitate excusatur
qn̄ ignorant audit dina officia ex q̄daȝ

simplici deuotõe. Secus si ex cõtẽptu puta qꝛ facit celebrare diuina ꝛ auctoritatẽ pstat. qꝛ tunc irregularitatẽ incurrit: vt in eo. c. tanta. ꝛ ex̃ de cle. exco. mi. illud. §. fi. Con. Guil. du. vt in eadẽ. q. 251 B. Legẽ aũt psalmos vel euãgelia dicere qlibet põt in terra iterdicta sicut ꝛ pdicare. ex̃ de sen. ex. rñso. A. Idẽ in dicta. q. 251. B.

¶ Quid si clicus dicat eplam sine apparatu? R. ſm Inno. Si ꝯsuetudo est ꝙ aliquis sine distinctõe ordinis dicat eplam vel portet cereũ vel faciat qc quid aliud pertinẽs ad aliquẽ ordinez non erit irregularis q id facit. Ubi vo ꝯsuetudo nõ est fit irregularis. xi. q. 3. si quis eps ꝛc. Sꝫ si faciat ea que nõ sunt alicui ordini vel officio deputata: vt si in matutinis legat lectõem vel cantet responsoriũ: non fit irregularis. Con. Hosti. ꝛ Guil. du. A. Idẽ in sum. con. li. 3. ti. 33. q. 257. B.

¶ Quid de simplici clico q hꝫ tm̃ prima tonsurã? R. ſm Hosti. Si i officio suo cantet: puto ꝙ irregularitatẽ icurrat. 23. dis. psalmista. Idẽ Guil. du. i spe. A. Prefati doc. nõ videnť loqui d̃ clerico pme tonsure tm̃: ad cuiꝰ officiũ nil spãle videtur ptinere: cũ pma tonsura non sit ordo: sed qdam dispositio ad ordines ſm theologos cõiter: vt in sũ. cõ. e. ti. q. 258. vbi etiã pꝫ ꝙ dicti doc. dicũt de simplici clico: nec addũt ꝙ hꝫ pmaz tonsurã tm̃: sed videnť loqui de clico ordinũ minoꝝ: de quo logť allegatũ. c. psalmista. B.

¶ Quid de bñdictõe mense vł aque? R. ſm Inno. In bñdictõe mense non ꝯhiť irregularitas: cum nulli ordini deputata sit ar. 44. dis. c. fi. Sed i bñdictione aque secus videť. qꝛ annexa est ordini: d̃ ꝯse. dis. 3. aqua. Idẽ Guil. du. A. Idẽ in sũ. con. eo. ti. q. 255. B. Intelligẽdum aũt ẽ ꝙ ita fuit tpe pdictoꝝ Inno. ꝛ Guil. qñ nõ licebat in ecclis celebrare etiã secrete: nisi ex puilegio. Hodie qꝛ licet celebrare secreto: quod maius est: ex̃ eo. alma. li. 6. ꝛ secreto aquã benedicẽ licet: quod minꝰ est.

¶ Quid si qs tpe iꝫdicti aliquẽ excõmunicat vel absoluit? R. ſm Inno. et Hosti. Non ẽ irregularis: qꝛ hoc nõ cõpetit ex ordine: sꝫ ex iurisditõe. 2. q. i. nemo. ꝛ ex̃ de elec. transmissam. Sꝫ absolutõis solẽnia exhibẽ: sicut ẽ dicẽ cum stola psal. ꝛ orõem: vel in ecclãz introducere excõicatũ est ordinis ꝛ officii: ar. ex̃ eo. nup. in fi. xi. q. 3. debꝫ. ꝛ. c. se. vñ hoc faciẽs irregularis est. Idẽ Guil. du. A. Idem in sum. con. eo. ti. q. 256. B.

¶ Utrũ tpe iterdicti possit fieri introductio mulieꝝ in ecclam pꝰ partũ. R. ſm Hermanũ. Nõ licet. A. Idem in sum. cõ. eo. ti. q. 251. vbi etiã dr̃ ꝫ Hosti. ꝙ sitr nõ licet bñdictio nuptialis. B.

¶ Quid si laicus violat iterdictũ? R. ſm Inno. non incurrit irregularitatez vel suspensionẽ: cum nec ordinẽ nec officiũ habeat. grauiter tamẽ peccat et puniendus est. Idẽ Hosti. A. Idem i sum. cõ. eo. ti. q. 254. B. Si vo tpe iterdicti exerceat aliq̃ officia que nõ sť alicuiꝰ ordinis: puta doceat scholares: exerceat tabellionatũ: aut aduocatõem ꝛ hꝰmodi: non peccat: vt ꝛ ponit Guil. du. A. Idẽ in sũ. con. eo. ti. q. 254. Ibi tamẽ solũ videť dici de irregularitate quã quis hac occasione non icurrit. Et con. Hosti. lꝫ Inno. visus sit sensisse cõtrariũ: vt pꝫ in dicta. q. 254. cuiꝰ dictuꝫ põt intelligi i clico: qui exerceret scholas vel aliquid hꝰmodi: qđ esset annexum ordini ex cõsuetudine vel ex constitutione. Et claꝝ vt põt cõstare etiã ex dictis ipsius Inno. ibidem positis. qꝛ ex talibꝰ q̃ non cõpetunt nec ordini nec officio ecclastico non irrogať irregularitas: sed nec pctm̃: cum non repiatur phibita. B. Quid de illo cui iterdictus ẽ aliquis spãlis actꝰ: puta igressus ecclie. Hunc casuz vide. i. §. pxi. i fi. A. In hoc etiã dicẽdũ ꝙ cui iꝫdiciť aliqs actꝰ vel spãle officium põt alia exercere ſm Monal. ꝛ in sum. con. eo. ti. q. 251. B.

¶ Sꝫ nũqd laici iterdicti pñt orare in

ecclia? R° sm Guil. ꝓpꝫ gnāle interdictū nō intelligo hoc eē ꝓhibitū. Secus si expſſe sit eis interdict⁹ igressus ecclesie. Idē Monal. A. Idē in sum. cō. eo. ti. q. 260. vbi etiā dr ꝙ pōt orari oratōe puata etiā i ecclia interdicta: nisi ab excōicato maiori vel interdicto ab igressu ecclesie. B.

¶ Quid si sacerdos ꝓbabilr credit ꝙ aliq interdicti sint in ecclia? R° ƀʒ Guil. Debʒ monē in gnāli ꝙ exeant: alr nō tenetur vitare eos maxime publice donec cōster de snia. A. Hodie circa hoc magna facta ē inouatio: vt pʒ sup. cle⁹ 3° ad fi. in additōe. B.

¶ Quid si sacerdos recipiat scientr hominē interdictū: nūquid alii tenebūt exire? R° sm Guil. Credo ꝙ nō. nꝫ peccant audiendo diuina: sed solus sacerdos. Idē Monal. A. Quo ad peccatū verū ē nisi ɔsentiāt in hoc sacerdoti: aut eis placeat factū ei⁹ sm eosdē: vt in sū. cō. eo. ti. q. 255. B. Et vide in sequenti. §. primo.

¶ Que pena clerici nō seruātū interdictū? R° sm Hosti. Ille q scienter celebrat in loco interdicto vndecūq sit irregularis ē ꝛ suspēsus: ex̄ de cle. exco. mini. postulastis. §. vlt. ꝛ ex̄ de elec. cum inter. ꝛ ex̄ eo. is q. li° 6°. Et iō nō pōt bnficia ɔferre: ex̄ de ɔces. ꝑben. qꝛ diuersitatē. ꝛ ex̄ de exces. ꝑla. tanta. Cō. Inno. ꝛ Ber. Itē nō pōt talis eligi nec eligē: ex̄ de ɔsue. cū dilect⁹. §. qꝛ nobis. ꝛ i dcō. c. is qui. nec ēt postulari: ex̄ de postul. ꝑla. c. ꝑ. Itē qui nō seruat interdictum remouēdus ē a bnficio: ex̄ de cle. exco. mi. postulastis. §. vltū. A. Idē in sum. con. eo. ti. q. 267. vbi etiā addit ƀʒ Inno. ꝛ Hosti. ꝙ violās iterdictū ꝛ alios ad violādū iducēs suspēsus est. ꝛ si ē plat⁹ ois eius institutio destitutio collatio prebēdaꝝ beneficioꝝ ac dignitatū ꝛ sententie in quoscunq ꝑlate sunt irrite ꝛ inanes. Nō g° pōt ꝑmissa facere. Et vt aiūt idem forte dicēdū in aliis spūalibus. s. ꝙ sicut eis ɔferri nō pñt: sic nec facta ab eis collatio valet: vt in dicto. c. postulastis. ꝛ ex̄ de eta. ꝛ qli. ordi. cū bone. B. Et nota hʒ ꝙ si aliqs scienter celebrat i aliq̄ ecclia q̄ non ꝓpe dicenda sit iterdicta: ƀʒ violata siue polluta: nō incurrit irregularitatē: vt i dicto. c. is q. tñ talis grauiter peccat vt ibidē dr. Et dicit ecclia violata siue polluta semie vel sanguine: vide sup. cōsecratio. 2° §. 4° cum seqntib⁹. Silr etiā si qs i aliq̄ ecclia nō supposita iterdicto celebrat pñtibꝰ ꝑsonis iterdictū: lʒ gūiter peccet celebrādo eis: tñ nō fit irregularis. qꝛ hoc nō hētur in iure: vt ibidē. Sed tñ ois scienter celebrās siue in loco interdicto siue ꝑsonis interdictū a iure vel a quocūq iudice. vel recipiēs publice interdictos ad diuina officia seu sacra siue ad sepulturā est iterdict⁹ ab ingressu ecclie: ex̄ de ꝑuil. epoꝝ. li° 6°. Et si in ea se igerat i suo officio fit irregularū: ex̄ eo. is cui. li° 6°. Et de h° casu hēs. i. suspēsus. §. 3°. A. Ibi dicit de interdicto ab ingressu eccle. B.

¶ Quid si clici exñtes noiatiꝫ interdicti celebrent diuina? Rn° sm Inno. Irregulares fiunt. xi. q. 3. si qs epūs i domicilio. ꝛ sunt deponēdi perpetuo: nisi ꝙ si multi sunt tūc ꝑncipales sūt deponendi. cum aliis vero super irregularitate poterit dispensari: sed ñ nisi p papam. A. Idē in sum. cō. eo. ti. q. 267. Et fac ex̄ de cle. exco. mini. c. latores. Ibi etiā dr ꝙ multitudo intelligitur cum excedit numerum. 40. B

Interdictum v°.

De relaxatōe iterdicti. Ubi sciendū ꝙ postq̄ snia iterdicti p aliqs inferiores ꝑlatos rōnabilr lata est: maiores nō debēt eā relaxare absq ɔgrua satisfactōe ꝛ ɔscia illi⁹ q tulit eam: ex̄ de offi. ordi. cū ab eccliaꝝ. Si vo nō rationabilr lata sit: dʒ q tulit eā sine difficultate relaxare: ex̄ de offi. ordi. gūe. seu supior ad quē recurrit: ex̄ eo. cum medicinalis. li° 6°.

¶ Archiepūs nō pōt relaxare iterdictū vel excōicatōem siue suspēsionē latas

ab officialib⁹ archidiaconoꝝ seu aliis iurisdictōem hñtib⁹ subditi suffraganeorū ipis q̄ tulerūt omissis: nisi eēt ɔ̄ria ɔsuetudo. ex̄ eo. romana. lib. 6°. A. Ibi dicit ꝙ archiepiscopus vel ei⁹ officiales nisi p̄dicto mō dictas sniās nō relaxēt. Uñ dr̄ ꝙ si relaxauerit: lȝ male egerint: tñ tenet relaxatio: vt pȝ in sū. con. li. 3°. ti. 33. q. 269. vbi dr̄ s̄m Inno. ꝙ si eps ō facto r̄laxet snias ab iferiorib⁹ latas male q̄dem facit sed tenet relaxatio: nisi forte aliqua consuetudo obstaret. B.

Cū qs interdicto vel excōicatione astrictus offert se ad iusticiā eorū pro quib⁹ sniam accepit: iudex eū ne sic decedat absoluē pōt: etiam si aduersa ps appellet ne absoluat. Debȝ tñ añ absolutōem recipi ab illo sufficiēs cautio: ꝙ in p̄ntia romani pontificis ad quem appellat si voluerit appellator vel corā iudice cui cām delegauerit iuri parebit. Et idē de his qui dicūt se iniuste excōicatos vel iterdictos. A. etiā si hi qui h⁹modi ꝓtulerūt sniam ad sedez aplicam appellarent: vt in. c. de q̄ stati B. ex̄ de appel. qua fronte.

Utꝝ snia iterdicti relaxari possit nudo ꝟbo. R. s̄m hosti. Licȝ in snia excōmunicatōis expressa sit solēnis forma quā hēs s̄. absolutio 5°. §. 2°. sec⁹ tñ i sententia iterdicti ꝛ suspensionis q̄ nudo ꝟbo ꝓferūtur vł total'r relaxātur. cū iuramēto tñ: vt s̄. iterdictū p̄. §. 5°. A. g incipit. In quo cōueniūt. B. ꝛ ar. est ex̄ eo. alma. li. 6°.

Quid si aliqs tpe gnālis interdicti vult satisfacē: ꝛ sic absolui? R. s̄m Jo. an. Si is ꝓpter cui⁹ culpā latū est iterdictū satisfacē vult: tollet interdictuȝ. Ui ꝟo culpabilis fuit tanq̄ consiliari⁹ vel auxiliari⁹: lȝ accipiat cautio: ꝛ iniungatur pnia nō relaxabit interdictū ex̄ eo. alma. li. 6°. Nō si nō ꝓpter eius culpā latum est: ipse q̄dē punit: sed ei⁹ satisfactio nō req̄rit: ex̄ eo. si snia. §. p̄. A. li. 6°. B. ꝛ in dicto. c. alma.

Ntestatus.
Requi re. ī. succcessio ab intestato.

Ntimiditas.
Req re. ī. timor. §. fi.

Nuenta.
Quid ē agēdum de inuētis? R. s̄m Tho. scđa scđe. q. 66. Distinguēdū est circa res inuētas. Quedam .n. sunt q̄ nunq̄ fuerunt i bonis alicuius sicut lapilli ꝛ gēme que inueniuntur i littore maris: ꝛ talia occupanti cōcedunt. Et eadem rō ē de thesauris antiquo tpe sub terra occultatis quoꝝ nō est aliquis possessor: nisi ꝙ s̄ȝ leges ciuiles tenetur medietatē dare domino agri. Intellige si inuenit i alieno non data opa: sed si data opa inuenit: nihil tenet dare dño. A. Immo totū tenet dare: vt in. l. vnica. C. ō thesauris. li. x°. ꝛ nōt glo. in Insti. de re. diui. §. thesauros: super ꝟbo opera. Et h⁹ est verū etiā si cū volūtate domini requireret: q2 etiā cū volūtate dñi ñ posset querere in alieno thesaurū suo nomine: vt in dicta. l. vnica. vbi etiā patȝ ꝙ thesaurus dicit coadunatio rerum mobiliuȝ abscōdita quoꝝ ignorantur possessores seu domini ꝓpter vetustatem tpis. Ibi etiam pȝ ꝙ nec in suo solo pōt quis querere thesaurū arte magica diuinatōibus vł aliis illicitis modis: al' thesaur⁹ esset fisci: vt nōt glo. i dicto. §. thesaurus. B. in Insti. de re. diui. §. itē ea. A. Ibi ō hoc nihil dicit. sed puto ꝙ velit allegare. §. immediate sequētē. s. item lapilli: vbi dr̄. Item lapilli ꝛ gēme ꝛ cetera q̄ in littore maris iueniuntur iure nāli statim inuētoris fiūt. Sed ad mām thesauri melius facit eo. ti. §. thesauros. vbi dicit. Thesauros quos quis i suo loco iuenerit: diuus Adrianus nālem eq̄tatē secut⁹ ei ɔcessit qui inuenerit. Ideoq̄ statuit. Si quis i sacro aut religioso loco fortuito casu inuenerit. At si qs i alieno nō data ad hoc opa sed fortuito casu inuenerit: dimidium inuentori ꝛ dimidiuȝ domino soli ɔcessit. Si quis in Cesaris

loco inuenerit:dimidiū inuentoris et
dimidium Cesaris eē constituit. Cui cō
ueniēs ē:vt,si qs in publico loco vel in
fiscali vl' ciuitati inuenerit:dimidium
ipius esse dimidiū fisci vel ciuitatis.
B. Quedā āo res inuēte fuerūt de ꝓ
pinquo in alicui' bonis:ꝛ tunc si quis
eas accipiat nō aīo detinēdi:sed resti
tuēdi dn̄o nō cōmittit furtum:al' furtū
cōmittit.14.q.5.si qđ.ꝛ.c.multi sine.

¶ Quid si res ab aliquo inuenta sit q̄
fuit a ꝓp̄o dn̄o habita ꝓ derelicta? R°.
Res q̄ hētur ꝓ derelicta:occupāti ꝯce
ditur siue sit mobilis ꝛ abiiciat̄:siue
sit imobilis:vt si exeam de hoc fundo
hac mente vt ꝓ derelicto hēam.ff.pro
derelic.l.i.sed si in mari iectauero res
meas cā alleuiādi nauē non hēo ꝓ de
relictis.qꝛ non hac mentōe abiicio.Vn̄
si librū iuolutū iectaui:nō hēo ꝓ dere
licto. Secus p̄sumit̄ si iectaui apertū:in
Insti.de re.diui.§.vlt. A. Ibi dr̄ de re
b' iectatis:sed n̄ de ista p̄sūptōe.sed ð
ea dr̄ in sum.con.lib°.2°.ti.6.q.16.ſm Ho
sti.ꝛ Vl. B.

¶ Sed q̄l'r restituet̄ res inuēta? R°. ſꝫ
Ray.ꝛ Hosti. Studebit iuenire illum
qui eā amisit.ꝛ si oꝫ faciet publice dici
per p̄conē vel in eccl'iis ꝑ locuꝫ vbi ex
pediet.ꝛ illum si iuenerit ꝛ per circun
stantias certificet̄ ꝙ illius fuerit:illi re
stituet̄:al' eroget paupib':vel ip̄e pōt
tenē si est indigēs.ꝛ hoc ſm quosdā au
ctoritate penitētiarii sui. A. Hoc fuit
dictum Ray.qui etiam dicit:ꝙ tunc
oret pro illo cuius res fuit:vt in sum.
con.eo.ti.q.17. B. seu diocesani si for
te sibi retinuerit dispensatōem taliuꝫ.
A. Hoc fuit dictum glo.Ray.cui con.
Vl.vt in dicta.q.17. B.

Inuidia

Utrū inuidia sit tristicia de alieno bono. R° ſꝫ Tho.scđa
scđe.q.36. De alieno bono pōt eē tristi
cia dupliciter. Uno modo qn̄ aliqs tri
statur de bono alicui' inquātum ex h°
iminet sibi periculū alicui' nocumēti
sicut cū hō tristat̄ de exaltatōe inimici
timens ne ledat eum:ꝛ talis tristitia n̄
